





278.

1744

14

M

23

(8)

DISSERTATIO JURIDICA,
 QVAM
 SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AUGUSTO,
 PRINCIPE REGIO ET ELECTOR. SAX. HÆREDE,
 ETC. ETC. ETC.
 RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
 DE
JURIBUS
FOEMINARUM
PRÆCIPUIS IN
FEUDIS,

EX DECRETO MAGNIFICI ORDINIS JURIDICI,
 PRÆSIDE

JOHANNE CAROLO NÆVIO,
 J. U. D. P. P. E. ET FACULTAT. JURIDICÆ,
 QUÆ HIC EST, ASSESSORE,
 AD D. MAY, A. M D C C X I.

PUBLICO EXAMINI SISTET

JOHANN GOTTLOB HEYL,
 ZITTAV. LUSAT.

WITTEMBERGÆ, PRELO GERDESIANO.





On abs re Jctus Ulpianus in *L. 9. ff. de Stat. hom.* scripsit : *In multis Juris nostri articulis conditionem foeminarum deteriorē esse, quam masculorum.* Id

quod in materia feudorum cum primis accidit, ubi foeminae non raro lamentabilem de sui exclusione a feudis querelam intonant ; nihilominus tamen & in multis capitibus Leges Romano-Germanicae, & mores feudorum foeminis, maxime nobilibus, vicissim favent, & quasdam praerogativas, juraque praecipua eis quasi in solatium & subsidium indulgent. De quo themate non minus utili, quam jucundo in vicem speciminis Academici nunc agere lubet : quod ut Numen aeternum felix auspiciatumque esse jubeat, mente devota precamur ! Et quidem thema hoc absolvimus in quinque Capitibus, quorum PRIMUM explicabit voces & terminos, quid proprie Jus hic significet : qualis foemina intelligatur : & quae feuda inter diversas illorum species hujus sint loci. Secundum Caput indagabit feuda specialia, quae a foeminis dari, vel ab eis accipi, & in quibus succedere possunt. Tertium principale negotium facesset de juribus singularibus, quibus foeminae ex feudis masculorum tam de jure communi, quam Saxonico in sui solatium gaudent.

Et quartum proponet jura analogica feudorum, ubi foeminae similiter, ut in feudis, jure succedendi & quicquam lucrandi potuntur, vel excluduntur. Sit ergo faustum auspiciam a

CAP. I.

DE

Voce Juris, & diversa acceptione
foeminarum & feudorum.

§. I.

Quod Jus concernit, mittimus hic, brevitatis studio, omnes ejus significatus, qui huc non quadrant, quando pro justo, lege, loco judicii, necessitate sanguinis, & similibus rebus accipitur; sed per Jus intelligimus facultatem moralem personae competentem ad aliquid juste habendum & agendum. Quae facultas comprehendit una potestatem id, quod alicui debetur, per vim, nempe judicalem, exigendi ab eis, qui istius exercitium & usum illegitime impedire agrediuntur. Describimus vero jus nostrum foeminarum, quod in feudis cum primis praecipuum habent, quod sit *facultas quaedam jure feudali & moribus Germaniae foeminis indulta, qua be' aliis sub feudali nexu feuda dare, eaque a Dominis accipere, nec non ex feudis masculis commoda ad sui sustentationem & utilitatem consequi valent.* Diximus jus nostrum foeminis ratione feudorum competentem esse facultatem, quam potestas civilis & mores Germaniae concesserunt. Nam jus feudale non solum ex moribus Longobardicis collectum est, sed & ex Imperatorum Rescriptis vim suam & ener-

& energiam accepit, dum circa initium seculi XV. aut paulo ante in Germania doceri cœpit: cujus confirmatio tacita & implicita eo cumprimis tempore secuta est, ubi in Rescibus Imperii Jus feudale tanquam receptum non modo allegatum, sed & ad mores & Rescripta feudalia *in Reformat. Polit. de anno 1548. Tit. 3.* provocatum, & *in Reffu Imperii de anno 1567. §. und, nach dem ferner ic.* non tantum hujus juris, sed & plurium terminorum in moribus Longobardicis ulitatis mentionem factam reperimus. Objectum autem tractandum descriptio præmissa continet duplex: nempe vel jus fœminæ ex feudo improprio, vel proprio competens. Illud descendit ex concessa facultate feudum dandi & accipiendi. Siquidem irregulare & improprietatis nota est, ubi fœminis potestas talis indulta habetur. Hoc in feudis propriis contingere solet; proprietati tamen eorum nil derogat, nempe, ubi fœminis ex feudo vero ad sui sustentationem, aut commoditatem certæ res, aut quantitas tradi & exhiberi solet: de quibus in sequentibus capitibus singulatum dicturi.

§. II.

Deinde quoad Sexum Fœmineum nil interest, an Fœmina nupta, vel vidua sit; modo vel sola, vel cum Curatore rerum suarum administrationem habeat. Nec imus inficiorum in Jure Rom. fœminas non raro sub masculorum, aut filiorum appellatione contineri, ut in *L. 16. ff. de testam. tut. §. L. 101. ff. de V. S.* videre est, ubi *ICTUS dicit: Sape esse responsurum, quod sub appellatione filii etiam filia Fam. contineatur: Sic Julianus in L. 62. ff. de Legat 3.* aperte scribit, quod semper Sexus masculinus fœmineum etiam complectatur. Quæ tamen ex proprietate sermonis non veniunt. Aliud enim filius; aliud filia est, & diversa jura Sexus uterque habet. Hinc etiam

in eis modo casibus, ubi par utriusque Sexus effectus, & conditio vertitur, interpretatio comprehensiva ita admittitur, ut foeminam masculus includat: velut in successionebus, Legatis, Contractibus & similibus: quia filius & filia a filiatione similiter participant; indeque par effectus & providentia Parentum intelligitur, ex eoque SCtum Macedonianum de filiofam. loquens etiam ad filiam interpretative extenditur. *L. 9. §. 2. ff. ad SCtum Macedon.*

§. III.

Secus tamen est in iuribus singularibus, quæ status publici, aut familiæ conservationem respiciunt, ubi sub nomine masculorum foeminæ non continentur: quia foemina finis paternæ familiæ, & principium sui mariti status novi familiaris est; adeoque familiam paternam non conservat & continuat; sed finit: eaque de re in jure primogenituræ, majoratus & similibus foeminam sub mare non complectimur.

Tiraquell. de Jure Primog. qu. 10. n. 16.

Card. Mantica. de Conjug. ult. tol. Tit. 10. n. 8.

Lud. Molina de Jur. Primog. cap. 5. n. 2.

Quod in aliis quoque negociis accidit, ubi ex complexu foeminæ sub sexu masculino aliquid absurdum sequeretur.

Ant. Gabriel. Concl. Commun. Tit. de Fideicommiss. Concl. 6. n. 115.

Mench. de Presumpt. pr. f. 84. n. 18.

Cum primis vero in successione feudorum masculus foeminam excludit. Ita enim 2. Feud. n. dicitur: *Ad filias, seu nepotes, seu proneptes, vel ex filia nepotes, seu pronepotes successio feudi non pertinet.* Proles enim feminei sexus, vel ex femineo sexu descendens ad hujusmodi successione[m] aspirare non potest: nisi ejus conditionis sit feudum, vel eo pacto acquisitum. Item paulo inferius: *Ad cognatos feudi beneficium non pertinet, neque*

neque beneficii successio; sed allodium, sive libellarium ad eas cum masculis pertinet. Si tamen feudum ad agnatos, aut simulrante investitos transeat, & lis inter hos & filias defuncti Vasalli oriatur, quid ad feudum, vel allodium pertineat, filiarum in feudi possessione tam diu relinquenda, donec de eo iudicatum sit. In dubio autem & probatione hinc inde vel cessante, vel utrinque æquali & conjecturali extante, foemina electio iurisjurandi danda est.

2. Feud. 16. §. 1. *ibique Seb. Nævius in System. Jur. Feud. ad h. t. cum allegg.*

§. IV.

Cum autem feuda cum primis ratione naturalium differant, scholam communem Ddorum merito sequimur, & essentialia, atque naturalia ejus expendimus, simulque accidentalitangimus. Essentialia & naturalia constituunt feudum proprium. Illa putamus consistere in fide mutua feudistica ob rei cujusdam immobilis divisum dominium, nempe, ut Dominus directum, Vasallus utile habeat dominium. Cui accedit investitura, qua fides mutua stabilitur. Et cum utrinque amor reciprocus inter Dominum & Vasallum iniri dicitur, ibi termini habiles præsupponendi sunt: cum quæ Vasallo incumbunt, promiscue ad Dominum applicari nequeant. Hinc fides a parte Domini vocatur defensionis seu protectionis; a parte Vasalli vero obsequii, & ad quæ alias vi pacti Dominus & Vasallus se obstrinxerunt. Et si Vasallus Domino fidelitatem pro concessio dominio utili jurat, ceu regulariter fieri solet, is sex qualitates in mente & memoria habere debet, nempe: incolume, tutum, honestum, utile, facile & possibile.

2. Feud. 6.

Ad quæ observanda adstringitur Vasallus, licet formale jurata-

ramentum desuper non deposuerit: cum fides talis, quæ communiter in germanico idiomate per verba *getren / hold und gewärtig* exprimitur,

D. Stryck in Comp. Jur. Feud. fin. n. 6. 8. 9.

ad differentiam feudi constitutivam & formam specificam pertineat, eove contractus feudalis ab aliis distinguitur. Hinc licet Vasallus cum Domino pacisci possit, ne juramentum fidelitatis præstet.

2. Feud. 47. fin.

Sicut de Megapoli testatur *Klock in Præm. Consil. 6. Vol. II.* Es sey daselbst die ubralte unwiedersprechliche observanz und Freyheit / daß etliche Adelige Geschlechter keine Lehn-Briefse fordern / noch Lehn-Ende ablegen dürfften / itemque scribit, quod si homagium ibi Ordo Equestris præstiterit, ad Vasallagium non adigatur.

Tornovius de Feud. Mecklinburg. Sect. IV. s. 8.

De hoc tamen Dominus cum Vassallo convenire nequit, ne ob concessum rei immobilis utile dominium fides mutua præstetur, sicut ea in moribus feudorum *2. Feud. 8. § 2. Feud. 23.* requiritur; sed si pactum tale intercedat, feudum initum non intelligitur; sed actus in aliam contractus speciem transit.

D. Horn. in J. P. Feud. cap. 3. s. 3.

§ V.

Naturalia feudi autem dicuntur, quæ se habent instar proprii apud Philosophos, quod speciem non constituit, sicut genus & differentia, sed speciei regulariter inest, eamque sequi solet: non quidem semper & inseparabiliter, ut proprium in quarto modo; communiter tamen speciei & proprietati rei cohæret: & usque a Vassallo exigitur, nisi per pactum expressum, vel domini remissionem obligatio illius rela-

relaxetur. Inter quæ nominari plerumque solent I. servitia militaria 2. *Feud. 23.* II. juramentum fidelitatis 2. *Feud. 3.* III. petenda renovatio investituræ post mortem domini & Vassalli 2. *Feud. 24.* IV. masculorum successio 1. *Feud. 8. §. 2.* V. concessum utile dominium in re immobili 2. *Feud. 17.* VI. alienationis sine consensu Domini & Agnatorum denegatio 2. *Feud. 55.* VII. pœna felonix, seu feudi ex prævia culpa privatio, 1. *Feud. 21.* Item VIII. quod dominium directum maneat penes dominum 2. *Feud. 23.* IX. Vassallus feudum Domino, vel proximo successori in investitura comprehenso refutare possit 2. *Feud. 38. 2. Feud. 39.* nec minus X. alium subinfeudare queat 2. *Feud. 9. 2. Feud. 3. & 2. Feud. 52.* imprimis XI. quod feudum proprium non transeat in foeminas 1. *Feud. 8. 1. Feud. 1.* cui annumerant XII. quod Dominus de evictione feudi teneatur Vassallo, & quidem ad simile feudum præstandum, si illud a tertio evincatur, 2. *Feud. 8.* & XIII. quod Vassallus de feudo in ultima voluntate disponere nequeat, 2. *Feud. 9. 1. Feud. 8.* & quæ sunt alix species, quæ communiter ad feudi naturalia referri solent.

Stryck, in Examine Jur. Feud. c. 3. qu. 5.

Schrader de Feud. part. II. c. 2. n. 42.

Rosenthal de Feud. cap. 2. concl. 52.

Mozzius de natural. Feud.

Quæ non tantum ex dictis Juribus Longobardorum, sed ex moribus quoque & constitutionibus diversarum Provinciarum venerunt & observantur, sicut de hoc ex Statutis & observantia Lusatiæ, Silesiæ, Pomeraniæ, Marchiæ, Saxonix, Ducatus Megapolitani, & aliarum regionum constat. Cum enim feuda ipsa per mores introducta sint, hinc & per consuetudinem seu usum inveteratum, & per statuta naturalibus feudi in singulis Provinciis quicquam adjici, vel adimi potest,

B

sic

sicut & ipsæmet consuetudines Longobardicæ a proprietate & indole feudorum in quibusdam speciebus recesserunt, velut in feudo Gvardiæ, Gastaldiæ, Soldatæ, Habitationis, Advocatiæ & quæ ad contemplationem cujusdam muneris concessa sunt: item in feudis de Camera, de Cavena, nec minus in censuali, laudemiali, aperturæ, & similibus evenit.

Wurmser. de Feud. impropr. cl. 3. Sect. 5. n. 30.

D. Horn in J. P. Feud. cap. 4.

D. Stryck in Exam. Jur. Feud. cap. 4. qu. 35. 36. seqq.

§. VI.

Accidentia feudi vocantur eæ qualitates, quæ per conventionem inter Dominum & Vasallum adjiciuntur, & alioquin nec essentialia, neque naturalia feudi tangunt, feudisque non nisi per pacta inesse noscuntur, & salvis feudi essentialibus & naturalibus adesse, vel abesse possunt: ceu, cum in feudo laudemiali præter servitia certum laudemium sive canon solvendus, aut certi fructus pro mensa Domini ex feudo præstandi, aut etiam determinatum subsidium ad elocandas Domini filias conferendum, & quæ plura hujusmodi pacta obveniunt. Atque si feudi propria, aut naturalia mutata, vel accidentalia adjecta fuerint, illud cum sit appellatur feudum improprium, vel mixtum: quem characterem ex literis investituræ, aut ex specialibus Regionum Statutis & moribus animadvertere & notare oportet

Stryck in Syn. Jur. Feud. v. 8. aph. 3.

Stryck in E. J. F. cap. 14. qu. 3.

& si plures existant investituræ difformes, ad primam potissimum, tanquam basin & fundamentum respiciendum est; siquidem mutatio sine ratione certa non præsumitur.

D. Horn. J. P. Feud. cap. 1. §. 37.

Nec quidem literæ reversales Domini hic negligendæ, ubi de-

declarant mores receptos, & privilegia antiquitus obrenta, velut: de tuenda religione, itemque Patriæ libertate & juri- bus specialibus conservandis

Fritzsch. de Liter. Revers. cap. 1. §. 3. & cap. 2. §. 7.

cumprimis si privilegia non ex mera gratia, sed vel ex pecu- liari conventionione Domini cum suis Statibus, vel ex singulari onere a Vasallis recepto, provenerint: ex quibus feudi natura- lia saepe restringuntur. Sed coeteras feudorum improprio- rum species præterimus, & primum eas expendimus, ubi fœ- mina vel feudum conferendi, vel id accipiendi, vel in eo suc- cedendi jus habet, de quo in capitibus sequentibus.

C A P. II.

D E

Feudis singularibus, in quibus fœ- minæ dandi, vel accipiendi feudum, & in eo succedendi jus habent.

§. I.

Feurorum originem in contemplatione diverforum Po- pulorum quoque diversam esse dubio caret. Nam quod apud Longobardos & plures Septentrionales Populos bellici motus & militaris virtus occasionem feuda constituendi de- derint, literarum monumenta testantur. Siquidem cum Longobardi exteras ditiones occupare, & occupatas ampli- are intenderint, vicinos Populos Germaniæ adjutores habue- runt; hinc ut Germanos confœderatos Populos in fide con- tinerent, perpetuumque militare præsidium haberent, tam militi extraneo, quam domestico & nationali ex devicti ho- stis Regionibus certos districtus & fundos sub nexu feudali

B 2

pro

pro servitiis militaribus & feudi dominio utili assignarunt: & primum quidem usque ad eorum vitam; deinde ad liberos masculos: tum ad omnem progeniem masculam, & agnatos etiam transfulerunt. Cumque alter alterum & dignitate & virtute bellica præstiterit; hinc Reges Longobardorum juxta morem Romanorum Duces & Comites, Capitaneos ac Valvasorem majores & minores crearunt, & hos sub fide feudali sibi obstrictos fecerunt. Sed alia facies rerum in Imperio Francorum erat, qui suos Pfalzgravios, Duces, Comites & Burggravios non sub vinculo feudali, sed administratorio & ministeriali distinxerunt; donec, Carolino Stemmate extincto, summam rerum in Germania Magnates Illius ad se traxerint, & Potentissimum Ducem Sax. Henricum Aucupem secuti sunt, qui devictas a se Ditiones Venedicas auspicio & jure proprio gubernabat; adeoque alii Germaniæ Proceres suas quoque Provincias libere & cum jure, uti hodie appellamus, territoriali, seu Majestate analogica administrare cœperunt; ita tamen, ut electum Caput Imperii reverentiam & paritionem debitam præstiterint; nec non provincias ac ditiones suas ab Imperatore & Imperio, pro temporum diversitate, strictius vel laxius, sub specie feudorum recognoverint. Negari enim nequit, quod diversa secula diversam etiam potentiam & autoritatem Imperatoriæ Majestati & Statibus Imperii conciliaverint; donec possessio juris Superioritatis Statuum per Capitulationes Casareas & Pacificationem Osnabrugensem ita confirmata fuerit, ut Principes, vi legum Imperii fundamentalium, jura Statuum, sub dicto tamen nexu feudali, possidere cœperint. Inter quos quidem Episcopi idem jus Superioritatis in Ditionibus suis consecuti sunt: cum ex liberalitate priorum Imperatorum amplissimas opes & ditiones acceperint. Sibi enim Principes summi ex fucata

ta

ta pietate persuasum habuerunt, quasi Numen divinum sine Clericorum intercessione in suis Missis & decantatis horis placari non possit; adeoque superstitio propria & Molis Hadrianae secuta callidita eo Cæsares perduxit, ut ad devincientos Clericorum animos ipsis non solum fundos, decimas, aliosque proventus; sed & integros Comitatus & Ducatus, una cum jure Regalium, dederint: eaque Munificentia eos Principibus secularibus exæquavit. Hinc factum, ut & Episcopi, intuitu feudorum immediatorum & dignitatum, inter Imperii Status referri mererentur.

§. II.

Sed cum superstitio adeo creverit, ut non crediderint masculos Clericos coram Deo pro incolumitate Status publici plene intercedere posse, evenit, ut & foeminis hoc munus demandatum sit; inde Cœnobii & Abbatia fundata: & Abbatissa quoque inter immediatos Status Imperii relatæ sunt. Quarum quidem quatuordecim numerat Illustris *Autor des Europæischen Herolds part. 1. cap. 3. fol. 172. Imhoff* vero *de Notit. Imper. lib. 3. cap. 22.* earum quindecim exhibet. Eaque in Comitibus per Legatos comparere tenentur: cum non deceat, ut foeminae illis Conventibus, in quibus de summa Reipubl. deliberatur, intersint, *Imhoff d. l.* Comitatus tamen aliquæ Abbatia amplissimos in feudum acceperunt: ubi administrationem liberam & jurisdictionem contentiosam in suas moniales & subditos exercent; quinimo de his & feuda dare possunt, etiam sine consensu superioris, aut inferioris Prælati, dummodo ea bona ad mensam Cœnobii sui non pertineant.

1. Feud. 1.

Zafius de Feudis cap. 5. pr. n. 30.

Doring. in Biblioth. ICtor. voc. Abbatissa.

B 3

Verum

Verum & aliam feudorum originem annales Germaniæ indigitant, qua foemina jus aliquod in feudis crebrius consecuta sunt, nempe in feudis oblati, oder auffgetragenen Lehen/Qualia quidem jura Longobardica ignorant. In Germania tamen frequentia eorum exempla increbuerunt: quod imprimis, regnante Imperat. Frider. II. ob diffidationum frequentiam, & tumultus in Germania secutos, quos Papa excitavit, & ob temporis injuriam factum est: velut in quo turbido rerum statu impotentiores ad resistendum potentiorum præsidio & tutelæ se submittere coacti sunt, ut hac ratione illustri suæ Familiæ splendorem conservare potuerint. Multi enim eo tempore Principes fuere, qui ditiones suas non sub nexu feudali, sed libere & instar allodii tenuerunt; licet Coronam Imperialem nihilominus venerati sint, & tutelam ejus experierint. Ad quem deinceps favorem & protectionem arctius conciliandam, utque promptiora in necessitatibus subsidia experirentur, Ducatus, aut Comitatus suos allodiales ac liberos Imperatori & Imperio, aut alii Potentiori in vicem feudi obrulerunt, & hoc nomine eos recognoverunt: velut de *Ottone de Lüneburg anno 1235.* legimus, qui dicto Imperat. Friderico II. restantibus literis investituræ, bona sua in feudum obtulit: idemque a *Landgravio Hassiæ & Comitibus Oldenburgicis* factum est, Imprimis *Ducatus Megapolitanus anno. 1348.* a *Carolo IV.* Imperat. inter feuda Imperii receptus est, sicut *Dn. Horn* in *J. P. Feud. annexa Consultat. de. Success. Megapol. ex Procopio, Helmolde, Sigeberto & aliis* solide deduxit.

add. *Tornovius de Feud. Mecklenb. cap. 1. n. 6. seqq.*

Nec minus *Duces Pomeraniæ* antea Regia fere manu suas regiones gubernarunt, donec *Bogeslaus & Casimirus anno 1181.* ab *Imp. Friderico Barbarossa* sub titulo & nomine Ducum

eas in feudum acceperunt & recognoverunt. Sicut & idem de terris *Marchicis* & *Silesiacis* probatur.

B. *Polyhistor. Schurzleischius in Dissert. de Reb. Mecklenb. §. 2.*

§. II.

Et in *Lusatia superiori* itidem argumento est, quod & eorum feuda olim bona allodialia fuerint, cum, oblatis eis ad nexum feudalem, libertatem disponendi de eis contra naturam feudorum sibi reservaverint, sicut ex privilegio *Imp. Maximiliani de dato 9. August. 1575.* apparet, ubi:

Dasß ein jedweder vor dem andern ungehindert mit seinem Guthe frey zuthun und zu lassen vollkommene Macht und Gewalt haben solle und möge!

add. *Brunnem. Consil. 39. n. 2. seqq.*

& simile privilegium datum *Lusatia inferiori* ab *Imp. Ferdinando* de dato *Pragæ 1570.* ostendunt verb. *seqq.*

Dasß ein jeglicher Einwohner dem andern und nicht frembden Außländern hohes/ oder niedern Standes sein Gut/ so fern durch Ableibung vorgenannter Erben der Anfall daran in kurtzen nicht zugewarten/ außserhalb unser sonderlichen Zugebung und Verwilligung verkauffen/ verwechseln/ verpfänden/ vergeben/ anwenden und veräußern mag und soll.

Dr. Horn. in Append. J. P. Feud. 6.

In quibus & similibus omnibus deprehendere licet, quod talia feuda tam regalia, quam communia, quæ quoque ejusdem naturæ cum istis esse noscuntur, multum de allodii natura participant; adeoque in eis foemina quoque jus laxius habent; cum primis, quando ex investituris constat, quod feuda hæreditaria concessa sint: & proinde foemina sive illustris, sive nobilis in specie sit, aliis vicissim de istis feudis quic-

quicquam concedere, & ejus possessores vinculo feudali sibi devincire potest: *Quilibet enim in rebus suis, sive masculus, sive foemina, sive clericus, sive laicus, sive in dignitate constitutus, sive plebejus sit, feudum alteri constituere valet.*

2. Feud. 3. §. 1. 1. Feud. 1. §. 6. 2. Feud. 91.

Nec obstat, quod feudum constituens aliquam nanciscatur jurisdictionem in Vasallum, cujus exercitium foeminae non convenit.

L. 2. ff. de R. J. L. 12. ff. de Judic.

Quando enim jus feudale alicui jus feudum constituendi tribuit, ad eundem & jura inde dependentia una cum jurisdictione feudali defert. Et si foeminae jurisdictionem in persona propria exercere fas non est, per masculum illa judicia negotia commode expedire potest.

§. IV.

Duo autem hic imprimis observanda: alterum si foemina status Ecclesiastici; alterum si conditionis secularis sit. Priori casu indigitamus Abbatissas, quales, ut supra tetigimus, in Praelatorum Scamno Statibus Imperii adscribuntur. Itaque cum ea in Abbatia bonorum administrationem habeant; quare & feuda dare possunt; hoc tamen observato discrimine, an feudum antiquum, & fundus sub nexu hoc dari solitus, vel novum sit. Si prius: communis fere Feudistarum schola docet, quod Abbatissa id in feudum iterum dare queat.

1. Feud. 1. §. 1. feud. 6.

Siquidem si feudum antiquum ad Praelatum reversum alii vicissim conceditur, negotium tale expeditur, quod pars administrationis Abbatiae est: quia infeudatio prima in utilitatem Coenobii facta praesumitur. Nec refert, si juravit, se feudum militi, aut alii dare nolle: quia juramentum id in du-
bio

bio de feudo novo intelligitur: nec ex hujusmodi concessione mensæ Prælati quicquam decedit.

Obrecht de Jur. Feudor. lib. 2. c. 1. n. 25. seq.

Et cum in Episcopis aliisque Prælatibus in hoc casu necesse non sit, ut Capitulum consentiat: quia Episcopo, & qui administrationem habet, convenit dispicere, an feudum apertum iterum concedendum, vel incorporandum sit;

cap. 2. X. de Feud.

Dn. Rhetius Comment. de Feud. lib. 1. Tit. n. 16.

hinc quoque in Abbatisa non habet necesse, ut requirat consensum Conventualium. Cum Abbatisa suos Consiliarios habeant, quos queant consulere: nec proventus Cœnobii deminuuntur, si novus Vasallus feudo antiquo investitur. Quinimo Abbatisa tale feudum etiam fratribus, aut cognatis suis conferre potest; modo fraus absit, nec præjudicium Abbatix fiat. Neque tum solemnitatibus Canonice opus est: cum non prima & nova fiat infeudatio; sed fundus ad certum usum & utilitatem Abbatix semel concessus ad eundem denuo conferatur.

Dn. Horn. d. l. cap. 5. §. 5

nisi forte Abbatisa Capitaneum & Advocatum habeat, indeque pacta conventa hanc libertatem restringant. In feudo novo autem Feudistæ plerumque censent, quod ex Papæ Urbani prohibitione infeudatio talis perperam fiat, ex ea, non quidem satis congrua, ratione, quod res divino cultui mancipatas profanis usibus applicare non conveniat.

c. Deo semel. de R. J. in Sexto. Obrecht. d. l.

quoniam res Abbatix dedicatæ divino cultui vix inserviunt: & petitio principii est, quod monialium preces aliis profint.

§. V.

Neque etiam remur, quod prohibitio ista Papalis late
C ni-

nam accipienda sit. Nam si in Episcopatu, aut Prælatu ac minimum pars major Capituli consentiat, causaque justa ac evidens utilitas subsit, concessionem & infeudationem novi beneficii valere censemus quidni etiam in Abbacia? Nec enim alias Concilium Lateranense in tali casu concessionem Decimarum excepisset, si collationem cæterarum rerum illicitam & vetitam censuisset.

Illustr. Rbetius Comment. Feud. lib. 1. Tit. 6. pag. 279.

Dn. Horn. d. l. pag. 115.

Neque crude nimis verba *1. Feud. 6. in feudum dari solita* accipienda sunt, licet Negantes validitatem novi feudi ea cum primis premant. Siquidem illa de modo potius, quam de facultate infeudandi alium exaudiri debent: modo Abbatissa, vel alius Prælatus non ordinis inferioris dignoscatur, nec certo cuidam Episcopo subsit: quo casu Episcopi consensus in hujusmodi infeudatione nova requireretur. Et cum res periculi & præjudicii plena sit, si tali Vasallo novo forte ab Abbatissa, vel alio Prælato Successore quæstio nullitatis moveatur, & metuendum, ne feudum cum fructibus restitui oporteat; quare tum e re Vasalli esse arbitramur, ut ante infeudationem prævia causa cognitio, quatenus illa Abbacia profutura, instituitur, illiusque mentio literis investituræ inseratur. Enimvero cum infeudatio species alienationis sit, & jura Canonica circa alienationem bonorum Ecclesiasticorum & causarum piarum cautelas singulares adhiberi præcipiant: qualia jura quoque apud Evangelicos in litigiis circa Canonicatus & jura beneficialia, piæque causas observari solent;

Ungebauer. ad Decretal. de Reb. Eccles. non alien.

Mod. Pistor. Vol. 1. Consil. 16. n. 6.

B. Stryck de Cautel. Contract. Sect. 1. cap. 3. §. 11.

hinc necessè, ut in hujusmodi alienationibus evidens Ecclesiastica,

ficæ, vel similis causæ utilitas, & quæ quidem tempore contractus adfuerit, per testes, aut documenta doceatur: nec non ut solennitates a Canonibus requisitæ obseruentur: quales Solennitates Canonistæ longo ordine recensent,

vid. Rodanus de Reb. Eccles. non alien. qu. 23.

Tellez ad cap. 6. X. de reb. Eccles. non alien.

Vilagut. de Reb. Eccles. non rite alien. lib. 2. cap. 2.

Dn. Stryck d. l. §. 9. & alii.

Et licet Canonistæ plerique perhibeant, Pontificem Rom. tanquam omnium Ecclesiarum & Causarum piarum Dispensatorem œcumenicum, etiam contra foundationes & Statuta de bonis Earum disponere posse, nixi

cap. 4. X. de Concess. Præbend. cap. 2. X. de Sent. & re judic. in Sexto.

eamque Papalem potestatem Jcti Evangelicis Principibus Augustanæ Confessionis tribuant, ceu quam jure postliminii in territoriis suis exerceant; cavendum tamen, ne illa potestas ad abusus & corruptelas Ecclesiarum trahatur: nec eis nimium indulgeatur, qui decreta alienativa per sub- & obreptionem extrahere satagunt. Nec citra causam alienationis justam & probe examinatum, neque citra consensum Capituli, aut Collegii, vel Corporis quicquam contra statuta, aut datas Reversales permittendum. Extra hos casus verò Corporis, aut Collegii consensus tacitus sufficit.

Gl. in Cap. 1. de Reb. Eccles. non al. in Sexto.

Trentacinq. Var. Resol. lib. 3. Resol. 1. de Ter. alien. n. 24.

Gonz. Tellez ad d. cap. 3. & dag. 2. X. de transf. art.

§. VI.

Si demum Abbatissæ cuidam placuerit nobili, aut alii laico feudum de bonis suis propriis concedere, libere & licite

te id faciet: quia rerum propriarum dispensationem arbitriam habet: sicut id & aliis Prælati ac Clericis licet.

2. Feud. 35. ubi disponitur.

Quod Clerico investituram faciente de suis bonis successor ejus omnifariam eam adimplere debet. Quare id eo magis Abbatissis concedendum, ut quæ plerumque ex illustribus & splendidis Familiis eligi solent: & Consiliarios suos desuper consulere possunt. Nec secus est de Jure Saxonico. Nam licet juxta illud mulier, Curatore constituto opus habeat in alienatione bonorum immobilium suorum, & si maritata sit, maritus quoque consentire debeat.

Land-Recht lib. 1. art. 3. Gl. Reichbilds art. 26. n. 46. Constit. 15. p. 1.

Abbatissa tamen inter foeminas illustres merito refertur, quando imprimis immediatis Imperii Prælati annumeratur, præterea jurisdictione, suisque Consiliariis gaudet, & inde absque Curatore feuda recte constituere potest.

Struv. in Syntagm. Jur. Feud. cap. V. §. 3. n. 1.

Imo nec Abbatissa videtur prohibita, quin & aliis foeminis feudum concedat. Hoc enim contra legem feudalem non penitus est, nec integram feudi naturam mutat; nedum quod de feudis Ecclesiasticis vulgo dicatur *Krumstab schleust nie niemand aus*: ejusque exempla tradit illustris *Rhetius 1. Feud. 1. n. 16. & Dn. de Lyncker Cent. 8. Dec. 797.* In aliis vero foeminis, quæ feuda dare velint, sanctio Saxonica quoad Curatorem adhibendum attendenda est. Namque hic merito inter foeminas maritatas & solutas, nec non inter res mobiles & immobiles distinguendum, prout facit.

Land-Recht lib. 1. art. 45 & Const. Elect. 15. p. 2.

Existimant tamen aliqui Interpretes scite, & non sine acumine, quod, sicut foemina in matrimonio contrahendo Curatore ad fidem

fidem conjugalem dandam haud opus habeat; ita nec in danda fide feudali.

Dn. Horn. d. l. cap. v. n. 15.

Putamus tn. Vafallum tutius agere, fi, ut foemina consensum Mariti & Curatoris, aut hujus tantum pro circumstantiarum diverfitate, adhibeat, allaboret. Quia infeudatio alienatio fructuum omniumque feudi commoditatum cum dominio utili est, ubi facile interesse, aut præjudicium mariti, vel ipsius uxoris oriri potest. Sed nunc ad alios casus transimus, ubi foemina laica feuda accipiendi & in eis succedendi copiam habet. Quod contingit vel in feudis hæreditariis, vel francis, vel emitiis & similibus, de quibus singulis agamus separatim.

§. VII.

Quod ergo feuda hæreditaria concernit, dubio vocat, quod ea impropria sint, eo ipso, dum foeminas ad successionem admittunt. Hoc enim jura Longobardica ubique inculcant, quod proprietas feudi filias & descendentes ex foeminis excludant: quia foemina, ut supra monitum, per nuptias a familia prioris acquirentis abit, nec servitia feudalia præstare valet.

arg. L. 1. §. 2. ff. de Jur. immunit. L. 196. §. 1. ff. de V. 5.

& inde nata differentia est inter feudum hereditarium & ex pacto ac providentia constitutum: cum hoc proprium; illud improprium sit; scilicet consecutum ex oblatione & singulari conventionione, vel modo simili, ex quo feudi genuina natura mutatur. Proprium vero ex providentia juris & pacto Majorum ortum trahit. Sed vero dicta conventio inter Dominum & vafallum non usque speciem uniformem sortitur; sed variat vel quoad modum successionis, ut hæc non fiat juxta jus commune feudorum, intuitu sanguinis primi acqui-

rentis; sed ut ultimo possessori quasi jure allodii succedatur, vel ut successio fiat ratione cognationis, non præcise agnationis; vel variatio obtingat ratione liberioris dispositionis, ita ut feudum alienari & in ultima voluntate de eo disponi possit; imo id pro re inseparabilia rebus allodialibus quandoque habetur, & inde feuda mixta, aut mere hæreditaria quoque oriuntur. Ast vero cæteras qualitates mittimus, ac feuda hæreditaria, oder eigenthümliche Lehn-Güter eo tantum modo dispicimus, quatenus foeminis in eis succedendi licentia est. Solent autem feuda talia vel initio ita constitui & conferri, vel ex post facto in eis feudi pristina qualitas immutari, & ex feudo proprio, seu ex pacto & providentia allodiale reddi: Daß die Art und Eigenschaft des Mann-Lehns dem Gut benommen, und in allodial und Erb-Gut dergestalt verwandelt worden, daß des Supplicanten und künftiger Besitzere Nachkommen sowohl männlich, als weiblichen Geschlechts succediren mögen / vel, sowohl unter denen Lebendigen als auf den Todes-Fall darüber ungehindert zu disponiren und zu restituiren Macht haben sollen.

§. VIII.

Necessè tamen est, ut tenor & formula investituræ probe attendatur. Nam si ea ad impetrantem suosque hæredes directa sit, vor sich und seine Erben, oder vor sich und seine Leibes Erben, foeminæ excluduntur, quia vox hæredis tum successorem feudalem eiten Lehns-Folger denotar.

2. Feud 17 § 34. fed 2. Feud 23.

Siquidem in dubio verba secundum substratam materiam & juxta indolem rei, quam significare debent, intelligenda sunt, ut pluribus demonstrant.

Dn. de Lyncker. Cent. 13. Dec. 1226.

Dn. Horn. d. l. cat IV. §. 38

Et

Et sicut character feudi ex pacto & providentia ejusque formula in investituris variat, nempe ut vel concessionem ita conceptam deprehendamus: Vor sich und seine männliche Descendenten und Lehns-Folger / oder vor sich und seine Leibes-Lehns-Erben / vel vor sich und sein Geschlechte / oder Successoren / oder vor sich und seine Familie und Schwermagen / vel etiam, vor die Seinigen / so seines Namens-Stammes und Schildes sind / ita character feudi hæreditarii in investituris varie quoque designatur. Et quidem, fatentibus Feudistis, ejus varia denominatio, & genuinus formularum intellectus plurimum difficultatis habet. Vel enim significant feudum hæditarium absolute tale; vel modo fecundum quid, seu mixtum: nempe pro diversitate pactorum, aut morum in provinciis diversis receptorum; ita ut vel successionem, alienationem & liberam dispositionem juxta modum allodiorum; interdum alterationem modo unius vel alterius requisiti, quod naturaliter feudo inest, contineant: velut quando Vasallo copia datur feudum, etiam absque consensu Domini & agnatorum, pro lubitu, vel certa saltem ex causa alienandi, ut in feudis Megapolitanis usu venit

Tornov. de Feud. Mecklenb. cap. 1. Sect. 2. §. 4.

nec non sicut in Marchionatu Lusatiæ per Rescriptum El. Et. Sax. Johannis Georgii I. inchoate memorie de anno 1652. §. als erkläret simile permissum, verb: Wir erklären hiermit aus Churfürstl. als Marggraffens in Oberlausitz haben der Macht gnädigst / daß der allgemeinen privilegierten gesammten Hand ungeachtet / jeder Besitzer vor dem andern mitbelehnten Agnaten und Schwermagen ungehindert sein Lehn-Guth per actus inter vivos veralieniren / und veräußern / verkauffen und judicialiter & extrajudicialiter verwechseln möge / sub hac tamen restrictione, jedoch daß solches Kayserliche und Churfürst-

fürstliche Privilegium keinesweges auff die Testamente und letzten Willen zuziehen / das nehmlich der Besizer seine Lehn-Güter den Töchtern durch einen letzten Willen vermachen / und denen Lehn-Bettern hierdurch die Succession, dem Lehn-Herrn aber die Lehn-fälligkeit entziehen möge / als welches nicht allein denen gemeinen beschriebenen Lehn-Rechten / sondern auch dem intent höchstgedachter Ihrer Kayserl. Majestät und der Stände selbst / als dadurch die Natur der Lehn-Güter umgekehret / und aus denenselben allodial und Erb-Güter in effectu gemachet würden / ganz und gar zuwider wären / Licet in §. seqv. concessum, daß wann ein Vater / oder Bruder keine männliche Leibes Lehn-Erben verlassen / von seinen Güthern zu Ausstattung der Töchter und Schwestern nach Art und Weise der in denen gemeinen Sächsis. Rechten observirten legitimæ per ultimam voluntatem zu disponiren Macht haben solle.

§. IX.

Atque juxta hujusmodi aliasve provinciales sanctiones literæ investituræ merito formantur: vi quarum foemina a successione feudi ubique excluduntur. Ac eandem vim etiam sequens formula habet, nempe: si vassallus investitus sit vor sich und alle seine Erben und Nachkommen / vel vor sich / alle seine Erben und Erbnehmen / vel etiam si feudum conceditur als Erb-Lehn / oder rechtes Erb-Lehn / vor sich und seine Leibes-Erben / und Erbnehmen. Licet enim in eo casu quidam Feudista concedant, quod hæc formula amplius quid contineat, quam si hæredum simpliciter facta sit mentio; indeque ei effectum talem tribuunt, ut non tantum masculos descendentes; sed etiam ascendentes & collaterales, imo & extraneos ex testamento succedentes complectatur.

Ludvel. in Syn. cap. IV. n. 71. allegg. 2

Dn. Horn. d. l. cap. IV. §. 38.

Sed

Sed in hoc tamen nolunt manus porrigere, quod & personæ ad servitia militaria inhabiles, ceu foeminae sunt, sub dicta formula ad successionem feudi admittendæ sint: cum in causis exorbitantibus sufficiat, si effectus unus obtineat: nec eæ ad effectus peregrinos & deviantes a Jure feudali extendendæ sint. Sed speciem veri habet, si quis arbitretur, quod eo casu successio foeminae effectum peregrinum haud operetur. Citius enim jus feudale filiam Vasalli & foeminam ad feudi possessionem admittit, quam ascendentem extraneum; nedum quod in potestate Domini fuerit literas investituræ apertius concipere: & inde contra ipsum interpretatio faciendæ; imprimis cum semel a proprietate feudi recesserit, seque declaraverit, quod ei inhærere nolit. Sub omnibus autem hæredibus filia quoque non immerito continentur: & Vasallus pro heredibus omnibus laborans magis filiabus, quam ascendentibus acquirere voluisse leges præsumunt. Amorem enim magis descendere, quam ascendere in propatulo est. Neque obstare videntur servitia militaria. Eo ipso enim dum Dominus foeminam vel per indirectum admittit, de servitiis dispensasse intelligitur, ut ea per substitutum præstentur, qui illa expeditius exhibet, quam effectus ascendens.

Rosenthal. de Feud. cap. IX. membr. 1. Concl. 40. n. 14.

Sed aliud observatur in quibusdam Curiiis. Nec secus est, si literis investituræ clausula hæc addita sit, *nach rechter Sipz Zahl* / quæ alias operatur, ut pro graduum ac ordinis diversitate succedatur, i. e. ut descendentes masculi ascendentibus, & hi collateralibus præferantur, quod quidem & citra hanc clausulam adjectam obtinet, & foeminae hoc quoque casu a successione arcentur.

Dn. Mencke Disputat. XX. §. 22. cum allegg. Dd.

Imo nec aliud obtinet, si mulier hujusmodi feudum emat, &

D

in-

investituram juxta dictam clausulam impetret. Nihilominus enim & tum masculi illius descendentes foeminas excludunt: quia tale feudum proprie foemineum non est, velut quod immediate a Domino pervenire debet: & si foemina ad successionem aspirare vult, id in investitura exprimendum, vel ex verbis colligendum est: unde in casu tali Facultas Jur. Vitemb. anno 1707. ad Interrog. Hel. Cath. de Paulin respondit: Dieweil zwischen einem feudo absolute & simpliciter hæreditario, & tali secundum quid, auch was dieses betrifft / hinwieder zwischen einem feudo hæreditario ratione alienationis & successionis, atque iterum ratione succedendi ein vermittelteger Unterscheid zumachen / und vermittelst derer Worte Erb-Lehn / rechtes Erb-Lehn eigentlich mehr nicht / als ein feudum hereditarium ratione modi succedendi angezeigt wird / dergestalt / daß der Erbe darinn modo civili, wie in allodio, succediren / demnach zugleich des Erbes allerdings sich anmassen / sowohl die facta antecessoris præstiren müste / auch die beschene Veräußerung nicht wiederruffen könne / in übrigen es bey der Natur und Eigenschaft des Lehns sein Bewenden habe / und folgendes die Weibes-Personen dießfals zu succediren nicht befugt sind. So erscheinet dannenhero so viel / daß Johann Pauls vier Töchtere weder zur Lehn / noch auch zur gesammten Hand an dem von gedachten ihren Vater nachgelassenen Guthe Melissa zuzulassen.

Add. Dn. Berger. p. 2. Supplem. ad Elect. Proc. Jud. Tit. 40. pag. 824. & Disceptat. ibid.

§. X.

Minus vero dubium habet, si in investitura dicatur, feudum esse datum vor alle des Lehn-Manns Erben und Erbnehmen ohne Unterscheid. Enim vero vox Erbnehmen in significatione civili & stricta hic non accipitur; sed arbitramur eam

eam juxta mores feudales denotare successorem quemcunque, & quoque heredem extraneum in testamento institutum; ac hinc per verbum ohne Unterscheid foemininum sexum haud esse exclusum censent.

D. Horn. d. l. cap. IV. §. 38.

Quod tum eo clarius apparet, si mentio filiarum nominatim facta sit, daß sowohl die Töchter / als Söhne in dem verliedenen Lehn-Guth succediren möchten. Sed novum tum successit dubium, an in dictis casibus filiae cum masculis simul, aut demum, masculis deficientibus, lucrum successionis habeant? Priori sententiae applaudunt non pauci Feudistae, quia sublato inter utrunque sexum discrimine simultanea successio locum habere videatur: & tali casu feudum in allodii formam, quoad effectum successionis, transierit.

Rosenthal. de Feud. cap. 7. n. 23.

Alii haec limitant in casu, ubi feudum nulla militaria servitia praestat.

Carpz. p. 3. Const. 28. def. 12.

Sed haec parum obstare videntur. Quando enim dominus feudum jure hereditario concedit, eo ipso tacite substitutum ad servitia admisisse intelligitur. Posteriori opinione subscribunt.

D. Stryck de Success. ab Intest. Diss. 1. cap. 3. §. 6.

Dn. de Rbez ad Jus Feud lib. 1. Tit. 1. n. 9. seqq. & alii.

Licet enim Dominus feudum in literis investiturae ein Erbz Lehn nominaverit, foeminasque ad successionem expresse admisserit, & liberam dispositionem de eo inter vivos & in ultima voluntate indulerit; in caeteris tamen naturam feudi retinet, & in non expressis, nempe petenda investitura, feonia committenda, & similibus natura & proprietas feu-

di manet; indeque foeminae, demum masculis deficientibus, succedunt.

Carpz. Decis. 420. n. 56.

Struv. Jur. Feud. cap. IV. §. 13. n. 2. 3.

Sicut Facult. Jur. Witenberg. anno 1690. ad Interrogat. J. A. Siberi in casu, ubi investiturae formula ita concepta fuit: daß Vasallus mit dem Erb-Lehn für sich und seine Erben männlichen und weiblichen Geschlechts beliehen seyn sollen/ responsum tale dedit: dieweil in denen gemeinen Lehn-Rechten/ daß ordentlich das männliche Geschlechte allein und mit Ausschließung der Weibs-Personen in Ansehung der erfordereten Lehn-Dienste in Lehn succediren/ in gleichen ermeldte Weibs-Personen wofern sie entweder nach Gelegenheit des Lehns/ oder vermittelst gewisser Verträge Lehnsfähig gemachet werden solten/ dennoch darzu nicht ehe/ als in Mangelung derer Manns-Personen zuzulassen mit ausgedruckten Worten geordnet/ in gegenwärtigen Fall hingegen allein/ was die Disposition, auch personas succedentes anlanget/ von denen Regulis berührter Lehn-Rechte abgewichen/ in übrigen aber/ und wegen der Art und Weise/ wie solche Succession einzurichten sey/ es bey denenselben lediglich gelassen worden/ inmassen dann bewehrteste Rechts-Lehrer in angeregten Fall/ wann einer für sich und seine Erben männlichen und weiblichen Geschlechts beliehen wird/ dafür halten/ und mit statlichen Rechts-Gründen behaupten/ daß der hierbey gebrauchten copulativæ (nempe männlich und weiblichen Geschlechts) ungeachtet/ nach Inhalt derer Lehn-Rechte die successio derer Weibs-Personen erst nach Absterben des männlichen Geschlechts statt habe/ derowegen N. N. nachgelassene Tochter nebenst dem Sohn zugleich zur successio an den Guthe N. nicht zuzulassen.

§ XI.

Si porro feudum masculinum, & ex pacto ac providentia concessum a Principe & Domino desuper implorato in hereditarium mutatum sit, itidem circa diversas formulas lis inter Feudistas est. Nam sequentem investituræ formulam diu in Saxonix Judiciis disputatam esse meminimus: Daß das Guth N. aus Mann-Lehn in allodial und Erb-Guth dergestalt gnädigst verwandelt/ daß N. N. und künfftige Besizere sowohl unter Lebendigen/ als auf den Todes-Fall darüber disponiren/ testiren mögen/ jedoch mit Vorbehalt derer auff diesen Guth hafftenden præstationen und Sr. Churfürstl. Durchl. zustehenden Berechtigung/ in quo soror relicta post Patris & senioris fratris mortem a fratre juniore partem feudi & illius investituram prætendebat; quo facto Facultas Jur. Lips. & Viteberg, facta consultatione, pro filix exclusione responderunt, & quidem Vitembergensis ex hac ratione, weil in dem Verwandlungs-Brieff die auf dem Guth hafftende præstationen samt des Lehn-Herrns zustehenden Berechtigungen ausdrücklichen Vorbehalten worden/ bey welcher Bewandniß auff denen unter denen contrahirenden Personen beliebten Puncten die Natur und Eigenschafft des Lehns unverändert verblieben/ und daher auf der Tochter successio nicht füglich erstreckt werden möge/ Et eo quoque Facult. Jurid. Lipsiensis respexit: verbis: daß weil dem Lehn-Herrns seine Berechtigungen/ und dadurch dominium directum & præstatio fidelitatis vorbehalten/ und die Söhne ihre Schwester zur gesammten Hand nicht gebracht/ der verstorbene Bruder auch seinen Antheil an solchen Guth Ihr durch eine disposition nicht zugewendet hätten/ Verum his non obstantibus, Scabinatus Lipsiensis in eadem causa pro filix admissione anno 1703. ex hac ratione respondit: Es wären die verba dispositiva, daß das Guth aus dem Mann-Lehn in

ein wares allodial und Erb-Guth dergestalt verwandelt / daß libera de eo inter vivos & in ultima voluntate disponendi facultas ertheilet / nicht dermassen anzunehmen / daß allein dicta facultas libera verliehen / sondern daß dem Guthe qualitas feudalis gänglich benommen / und dergestalt es gar vor kein Lehn mehr zuachten / und die bloße Lehn-Reichung hierwider nichts thut / indem vermöge der Sächsis. Rechte auch die Erb-Güther verliehen würden / secundum quam opinionem deinde Menf. Aug. 1704. definitive judicatum, & ipsa Curia Regia in quodam Rescripto supra dictam formulam ita explicuit, quod feudum in verum allodium mutatum, & filia pars competens in eo cedi debeat.

add. Magn. Berger in Supplem. ad Elect. Discept. Forens. Tit. 40. pag. 820. seqq.

§. XII.

Hinc si quis intendit feudum proprium, quod Interpretes ex pacto & providentia vocant, mutati in hereditarium merum, ubi foeminae cum masculis simul succedere valeant, curet, ne investiturae formula concipiatur, daß das Mann in Erb-Lehn verwandelt werde / cum hac ratione foeminae prorsus exclusae intelligantur: nec: daß es in Erb-und Weiber-Lehn verwandelt werde / cum hac ratione foeminae quidem admittantur; at deficientibus demum masculis.

D. Berger. in Elect. ad Discept. forens. Tit. 40. pag. 1248. seq. num. 5. 6. 7.

Tornov. d. l. Sect. 3. cap. 2. §. 29.

Sed potius laboret, ut mutationem feudi mutati in allodium sub hac formula impetret: daß es zu rechten Erbe/ oder allodial Erb-Guth / oder als ein eigenthümlich erworbenes Guth vor ihn und seine Erben männlich und weibliches Geschlechts ohne Unterscheid verliehen werde/ qua ratione feudum pro absolute hære-

hæreditario tam ratione dispositionis, quam successione, & non modo quoad successione personarum alias inhabilium, sed & quoad modum successione simultaneum haberi & possideri potest. Cujus sequentem & pleniorē adhuc formulam tradunt Alii, nempe: Daß N.N. das Guth N. dergestalt verliehen/ daß er dasselbe sowohl selbst/ als auch alle seine Leibes und andern Erben/ Erbnehmen und Nachkommen ohne Unterscheid des Geschlechts/ Söhne und Töchtere/ und zwar beyde zugleich/ als ein rechtes Erb-Allodial-und eigenthümliches Guth zubesitzen und zugebrauchen haben / nicht weniger beyderley Geschlechts mit einander zu succediren/ darüber unter denen Lebendigen und auf den Todtes-Fall zu disponiren/ zu testiren/ solches Guth zu veräußern und zu verpfänden freye Macht haben solle/ jedoch aber auch die Lehn/ wie sich gebühret/ und so oft sie zu Fall kommet/ folge zu leisten/ und sich dabey sonst/ wie eines rechten Erb-Allodial und eigenthümlichen Lehns alt Herkommen und Gewohnheit ist/ zuverhalten schuldig seyn soll.

Dn. Mencke Dissert. 20. th. 18.

Dn. Horn. J. P. F. cap. IV. §. 10.

§. XIII.

Et caveat etiam intendens simultaneam successione filiarum cum filiis, ne subsistat, si tantum investiatur pro se & filiis ac filiabus, eorumque descendentebus: quia hoc casu itidem foeminae solum admittuntur, si masculi deficiant.

Struv. J. P. F. cap. IV. aph. 13. fin.

Dn. de Rbez ad 1. Feud. 1. n. 9. pag. 112.

Sic licet feudum proprie foemineum sit, quod nempe foemina primum acquisivit, & de qua ea investita est, quale respectu descendenteum etiam maternum, vel Kunkel-oder Weiber-Lehn dici solet; successio filiarum tamen communiter eo tantum casu locum habet, quando masculi cessant,
nisi

nisi pacto sit cautum, ut foeminae simul cum masculis succedendi jus consequantur

2. Feud. 30. pr. Dn. de Rbez de 1. Feud. 1. §. 11. p. 112.

Dn. Berger in Elect. Discept. For. Tit. 40. p. 1249. n. 6. 7.

Knichen de Vestit. pact. n. 1.

quod & expresse infeudis Megapolitanis obtinet, ubi in ordinat. Provinc. feudor. art. 7. Tit. 1. legimus; Nur allein sollen die Töchtere / wann keine männliche Erben vorhanden sind / zur succession gelassen werden / nam si foemina, ob illata marito, ejus feudum accipiat, & cum mariti Creditoribus ac Domino de eo conveniat, manet id, quale ante fuit; sique id feudum ex pacto & providentia extiterit, filiae istius non succedunt, nisi de hoc mater singulari pacto eis prospexerit: quia feudum in dubio proprium & masculinum adhuc praesumitur. Ad naturalia ejus autem pertinet, ne foeminae succedant & naturalia tamdiu inesse praesumuntur, donec pactum contrarium doceatur.!

D. Stryck. E. J. F. cap. 4. qu. 7. 8. 9.

Nedum quod & alias de bonis allodialibus & feudalibus non inusitata, sed in jure rata sint pacta, per quae foeminae a successionem illorum excluduntur.

Brunnem. Consil. 162. n. 89. seqq.

§. XIV.

Idemque fere usu venit in feudo franco eintem Frey-
Lehn / & censuali eintem Zins-
Lehn ubi in priori feudum adservitium certum obeundum, quod foemina quoque decenter obire potest *2. Feud. 104.* in posteriori vero ad certum censum solvendum concessum est. In quibus feudis plures Dd. velut *H. Pistor. Carpz. Vultej. Faabineus & alii a Struw. d. l. cap. IX. aphor. 8. n. 2. pag. 328.* allegati censent foeminas simul cum masculis ad successionem admittendas esse: quia servitia militaria ces-

cessent; & inde Dominum per indirectum de foeminis dispenfasse. Alii foeminas, masculis demum non extantibus, admittunt.

B. Stryck. de Success. ab intest. Diff. 1. cap. 3. §. 7.

Adhuc alii vero rectius, ut opinamur, foeminas in feudis quoque francis & censualibus excludendas evincunt. Nam sicut in dubio fundus allodialis magis, quam feudalis praesumitur: siquidem infeudatio in facto consistit; indeque semper probanda est; ita fundus feudalis, de cujus investitura constat, in dubio quoque pro feudo proprio habetur; donec de naturalibus ejus aliquid remissum esse probatum sit: cum alia prorsus natura feudi; alia allodii appareat: consequenter ubi certum, quod fundus feudalis sit, naturalia in eo omnia adesse judicantur, quae non vel per juris dispositionem, vel per singularem conventionem mutata demonstrantur. Quare licet in feudo franco & censuali una ratio cesset, ex qua foeminae a feudorum successione arceri solent: nempe, quod possessores eorum a servitiis militaribus immunes sint; sed ad talia modo obstricti, quae aequae foemina ac mas praestare possunt, vel ut censum quandam solvant; aliae tamen causae cum plures supersint; nempe juramentum, dominium Domini directum, renovatio investiturae, caducitas, feloniam & similia, ex quibus feudi natura durat, nec inde foemina ad successionem, citra pactum speciale, admittenda est.

Dn. Berger in Elect. Disp. forens. Tit. 40. §. 11.

Schilter de natur. Success. feud. cap. 2. §. 26.

Coeterum a feudo franco successio secundum jus Francorum differt: quae fieri solet juxta modum allodiorum, ubi foeminae admittuntur, servata modo sexus & aetatis praerogativa. Atque haec foeminarum admissio ex consuetudine locorum discernenda est, sicut de Sabaudia, Flandria, Lotharingia, item

E

de

de Domo Brandenburgica, & Ducatibus Julia, Clivia & Montium testatur.

Dn. de Rbez. d. l. Feud. 1. pag. 117. n. 8.

§. XV.

Quod autem de feudo censuali diximus, ea quoque in aliis servitiis in tesseram fidei feudalis præstari solitis, aut expeditis applicari possunt; modo desuper conjugium feudale rite initum & fides promissa sit. Hinc in locis aliquibus feuda sub annua præstatione accipitris, chirothecarum, caponum, anserum, vel offerendi ramum arboris viridem, ac floriferum, & rerum similibus, concedi solent. Quinimo in Gallia quidam Comes anno 1580. feudum concessit, ut vasallus pro eo Quintanam curat, & Dominae suæ cantilenam occinat. Nec non circa juga Alpium Gallia & montes Allobrogos pro jure foerido Connagii, (quod Domini penes subditos exercuerunt:) a quavis subditicia familia deinceps censum nomine feudi, acceperunt. In quibus casibus tamen diligenter dispiciendum, an præstationes hujusmodi verum feudum & fidem feudisticam requirant, an tantum in contractu consistant, & formam locationis & relocationis, aut emphytevsis potius referant, ut bene monet & late deducit.

Camill. Borell. Controv. 1. n. 144. scqq.

Licet alias negandum non sit, quod jura feudalia apud vasallos quoque rusticos locum habeant, ut & ibi foeminae excludantur: prout Fac. Jur. Vitemb. 20. 1707. in causa Hansß Priebß respondit verb. Diemeil aber/wann de successione in feudo gefragt wird/ ob dasselbe groß oder klein/ kostbar/ oder gering sey/ nichts ad decisionem thut/ sondern lediglich auf qualitatem feudalem zusehen/ und jedes Lehn/ es sey groß oder klein/ regulare ac proprium zu seyn præsumiret wird/ und dannenhero/ da der Kregßscham quæstionis ein Erb- und Lehn-Guth heißet/ solches pro-

re-

regulari ac proprio, in welchen allein masculi succediren / zu halten / biß ein anders erwiesen worden.

add. Dn. Berg. in Suppl. ad Elect. Disc. Forensf. Tit. 40. pag. 814.

§. XVI.

Transimus ad feudum emittitium & pignoratitium. Emittitium vero feudum proprie est, quod Dominus Vasallo, pecunia interveniente, vendit, & jus relutionis reservat: non vero tale feudum, quod a Vasallo ad alium Vasallum, Domino consentiente, nummis intervenientibus, transfertur: quia Dominus quidem naturam feudi mutare potest; non æque emtor Vasallus, aut alius privatus; & inde per celebres alias Juri feudum istud emittitium ejus qualitatibus esse dicunt, ut foeminae in eo succedere possint.

Clarus qu. 73. n. 7. Kobl. de Servit. feud. part. 1. n. 30.

Gail. Obs. 459. n. 4. Tessauros Dec. 146. n. 7.

Et causantur hic voluntatem Domini tacitam, quod eo ipso, dum is feudum pro integro pretio distrahit, id immune a servitiis transtulisse intelligatur, eoque & foeminam successione capacem fieri. Sed vero tale quid contra tenorem investiturae praesumere velle insubidum videtur. Emittio enim naturam feudi non alterat; sed salvis aliis feudi requisitis, extrinsecus accedit: nec sequitur per supra deducta, quod ubi servitia militaria cessant, ibi foemina illico contra pristinam naturam ac proprietatem feudi admittenda sit. Sique pactum de retrovendendo adjectum sit: nec hoc naturam feudi quoad acquirendi modum alterat. Quoniam vero tum emtor non ea intentione de eo investitur, ut feudum apud eum juxta naturam feudi perpetuo sit, sed modo usque ad ejus relutionem. Unde hac ratione feudum emittitium quidem aliquid improprietas capit; In reliquis vero verum feudum, in quo foeminae arcentur, manet. Quinimo si id reluatur, foeminae ne quidem de soluta desuper pecunia quicquam participare debere

non pauci statuunt: quia successio feudi, si relictio facta non fuisset, solis masculis mansisset; modo non per pacta aliud conventum reperitur.

D. Horn. d. l. cap. 4. §. 8.

Alii vero foeminas hoc casu a participatione pretii soluti non esse excludendas contendunt, ex hac ratione, quod feudum emittitur pro pecunia quidem in feudum datum sit, sed dominium concessum utile ad id modo tempus duret, donec dominus nummos solutos restituerit, & feudum reluerit. Quamobrem relictione notificata & pretio restituto, fundus vim feudalem amittit. Nam sicut pecunia Domino soluta qualitatem feudalem non habuit; ita nec pecunia Domini Vasallo refusa, postquam qualitas feudalis expiravit. Nedum quod de casu tali in Jure Feudali nil quicquam dispositum reperiamus; Et hinc in dicto casu ad foeminam portionem contingentem pertinere putamus.

Add. de Rbez. Comment. ad l. Feud. l. n. 114.

Struv. d. cap. IV. aphor. 15. n. 2.

Ex quo sequitur, quod tum mulier se quoque jure retentionis tueri possit, si pecunia non solveretur: quod multi non admittunt. Sed ob æquitatem pro dicta sententia contendimus; ita tamen, ut ante omnia verba & tenor conventionis & investiturae perpendatur. Vix enim dubitandum, quin contrahentes de tali eventu disposuerint.

§. XVII.

Pignoratitium porro feudum dicitur, quando Dominus aliquem Creditorem, cui obstrictus, in securitatem debiti feudo investit, reservata reluendi libertate: quod hac ratione quoque improprium est, quia feudo nota perpetuitatis detracta. Et licet hujusmodi feudi nulla in Jure Longobardico mentio fiat; moribus tamen Germaniæ invaluit; cumque id constituatur, mediante contractu feudali, fide promissa pro con-

ces-

cesso dominio utili, quare & hic Negantium partes sequimur, qui & in isto feudo foeminas exclusas statuunt: cum iridem pecunia credita præter conventionem feudalem accesserit; & posito feudo, omnia sequuntur ejus naturalia, & tacite subintelliguntur, quæ non per pacta, vel in literis investiturae excepta, aut limitata apparent.

D. Horn. d. l. §. 11.

Ut ut non inficiemur, quod Rauchbar & Carpz. ab isto allegati dissentiant. Hoc tamen largiuntur plures, quod pecunia, ob quam pignus in feudum datum, allodialis maneat: & inde ista vicissim soluta, foeminae de ea participant: cum pecunia ob feudum expensa res feudalis non sit; verum ob eam jus pignoris tantum in feudo constitutum est: quo vinculo feudali dissoluto, pecunia ex propria sua natura ad omnes heredes transit & consequenter foeminae vel cum masculis, vel eis deficientibus solæ, in feudo pignoratitio quoque jus retentionis habent, donec reluitio facta & pecunia soluta sit.

Dn. Rbez. ad 1. Feud. 11. n. 5.

§. XVIII.

Non vero confundendum est feudum pignoratitium cum feudo oppignorato, nempe, quando in Vasalli feudo, Domino consentiente, creditori ejus hypotheca & jus reale constituitur: cum hoc modo non feudum; sed pretium ejus magis afficiatur, ut ex eo distracto creditum recipi possit: qualis actus mere allodialis est, adeoque jus illud reale sine Domini voluntate cedi, & de eo in ultima voluntate disponi, atque foeminae ejus participes fieri possunt. Deinde e re erit, ut quoque expendamus, an foemina in investitura quidem comprehensa, sed, non extantibus demum masculis admissibilis, ex venditi feudi pecunia quicquam accipiar? Quod negant, si venditio simpliciter consenserit. Nam si foemina in investitura con-

tineatur, utique in alienatione feudi consensus ejus requiritur: atque tum pacto de quota pretii soluti sibi cavere potest. Quod si hoc neglexerit, eam ex pecunia ista nil percipere putat;

Knipschild. de Fideicommiss. Famil. Nobil. cap. 8. n. 238.

Quod quidem dubio non caret; quia jus radicum habet; quod tacite remisisse non videtur. Si autem, neglecto ejus consensu, feudum venditum, traditum, & entor de eo investitus fuerit, actio ad interesse suppetit, & entor de eo investitus accipere debet. Demum addimus, quod si foemina in investitura comprehensa, non extante masculino, ad successionem aspiraverit, mas autem supervenerit, an ea tum per supervenientem masculum removenda sit? Quod negamus

1. Feud. 8. s. filia. 2. Feud. 11. s. ad filias 2. Feud. 17. § 50.

cum jus semel acquisitum sine facto, aut culpa acquirentis adimi ei non debeat,

L. 11. ff. de R. J. l. 35. ff. de A. R. D.

quod & eo extendunt, ut si ante foeminae istius investituram masculus natus sit, ista nihilominus masculum excludat

2. Feud. 1. 2. feud. 11. 2. feud. 33.

quia investitura, quae successionem sequitur, renovatio tantum & recognitio beneficii jam acquisiti est; adeoque jus novum non tribuit, sed acquisitum confirmat, *arg. 2. Feud. 3.*

H. Pistor. part. 2. qu. 35. n. 10.

Lud. vel. Synops. Feud. cap. 6. Reg. 2. n. 2.

Sed cum pagellae specimini Academico destinatae sub manibus creverint, vela hic contrahimus, & ad sequens caput progredimur.

CAPUT III.

DE

Juribus Foeminarum praecipuis, quae ex feudis masculis percipere possunt.

§. I.

Hujusmodi jura praecipua competunt foeminis vel ipso jure, aut

aut ex receptis moribus, aut ex præcedente quodam pacto. Jure tribuuntur fœminis ex feudis alimenta, jus prælationis, & similia. Moribus emolumenta quædam singularia, quæ ex provisione, cum primis Juris Saxonici habent. Ex pacto vero Dotalitium, & quæ huic affinia sunt. Ante omnia autem considerandum, quales fœminas hic intelligamus: nempe vel filias, aut neptes, vel viduas. Filia sunt vel legitimæ, vel naturales, aut spuria. Legitimæ dicuntur, quas parentes ex justis nuptiis procrearunt,

L. 3. ff. de his, qui sui, l. al. jur. sunt.

Siquidem tales patrem sequuntur *L. 19. ff. de stat. hom.* & inde quoque ex patris bonis alimenta poscunt: cum naturalis ratio, quasi lex quædam tacita, liberis parentum bona ascribat, vel ut ad debitam hæreditatem eos vocando,

L. 7. princ. ff. de Bon. Damn. l. 11. ff. de lib. & postum.

& naturale est, ut id, quod gignit, progenitum a se sustentet. Quantum autem pater liberis in vicem alimentorum relinquere debeat, id ad Principis, aut morum determinationem pertinet. Siquidem pater natura soboli ad plus non obstringitur, quam ut illi corporis animique subsidiis prospiciat, seu res eas, quæ ad honestam educationem, pro qualitate status sui, pertinent, subministret: cœtera ad liberam patris dispositionem spectant.

§. II.

Igitur in filia legitimæ nativitatis distinguendum, an pater feudum antiquum vel, novum reliquerit. In utroque quidem fœmina regulariter non succedit, tum quod, ut supra monitum, servitia militaria præstare, tum & quod æque ac masculi Dominum consilium juvare nequeat: nec interest, an filia primi, vel ulterioris gradus sint. *2. Feud. 56. 2. Feud. 11.* Omnes enim, præter dictas rationes, nubendo in aliam familiam transeunt: quarum conservationem tamen feuda respiciunt.

ciunt. Si autem in feudo ex pacto & providentia, sive antiquo, sive novo bona allodialia, ex quibus filia commode sustentari & dotari queant, cessent, tum æquitas suadet, imo urget, ut filia in subsidium ex feudo alimenta & dotem accipiant; innuptæ nempe alimenta, & nubentes dotem. Id quod longissimo Germaniæ usu comprobatum est. Neque tum a Patre solum filia dos congrua constituenda; sed & a fratre sorori, & a quovis agnato, ad quem feudum devolvitur. Quinimo a Domino ipso, feudo sibi aperto, dos dicta exhibenda est,

H. Pistor. part. 2. qu. 37. n. 1. seqq.

indeque inter ordinaria feudi onera refertur in *Constit. Sax. 46. Spart. 2. ibique Carpz. cum allegg. Stryck. de Success. ab Intest. Diff. 1. cap. 3. th. 9.*

Cum ergo dictum onus dotandi fratribus & agnatis non simpliciter & omni casu incumbat; sed modo in subsidium dos ex redditibus feudi præstanda, si filiabus ex bonis paternis allodialibus de ea non consultum sit.

H. Pistor. d. qu. 37. Koppen Dec. 39. n. 38.

Reufner. lib. 1. Decif. 5. n. 14.

Jcti in tali casu recte monent, quod filia & tum audiendæ, si querantur, quod hæreditas paterna in nominibus non facile exigibilibus consistat, nec spem præsentis sustentationis faciant. Verendum enim eo ipso est, ne fama filias perire oporteat, si prætendatur, ut nominibus ambiguis & exactionis difficilioris contentæ sint. Quare æquum tum est, ut agnati, cessis sibi talibus nominibus, alimentandi & dotandi onus in se recipiant.

Carpz. de Jur. Fæmin. Decad. 8. posit. ult. n. 34.

Sic si ex allodio spem modici modo lucri habeant, ita, ut ex eo nec sustentationem, pro qualitate dignitatis paternæ & bonorum, neque dotem sibi polliceri possint, supplementum ex feudo merito postulant. Quin imo in Pomerania & quibusdam

dam aliis Provinciis filia dotem ex feudis accipiunt, sive ex alodio suam partem habeant, sive minus.

Mevius part. 2. Dec. 119. n. 2. §. p. 3. Decif. 367. n. 3.

Præterea notatu dignum, quod filia non nuptæ dotes sibi ex feudo promissas ad hæredes suos non transmittant, si nondum nuptæ moriantur; sed ex possessoribus feudorum cedant

Struv. d. l. cap. XIV. aphor. 1. tb. 18. fin.

H. Pistor. part. 2. qu. 37. n. ult. cum citat. Dd.

quod & in Ducatu Mecklenburg. obtinet verb. *Wenn die Jungfrauen vor der Hochzeit versterben/ so muß das versprochene Ehe-Geld bey dem Promissore in dem Lehn verbleiben/ Secus, si nuptiæ secuta fuerint, & uxor inde moriatur, tunc, etsi ante mortem non omnes termini solvendi dotem venerint, hæredes illius nihilominus dotem promissam integram recte petunt: cum sufficiat conditionem semel extitisse; nisi dos loco legitimæ debeatur, ubi ad hæredes, nisi probetur mos contrarius, transit.*

Stryck. de Success. ab intest. Dissert. 3. cap. 2.

§. III.

Quanta autem dos filiabus eo casu constituta sit, id ex variis causis occurrentibus, nempe ex dignitate & facultatibus Patris, aut personæ dotantis, item sponsi foeminae, nec non ex numero liberorum & similibus dijudicandum. Cum primis vero mos regionis & familiarum considerandus est. Siquidem familiae illustres & nobiles plerumque certam quantitatem dotis ex feudis largiendam observant. Quandoque etiam ordinationes provinciales modum & quantitatem dotis in filiabus & sororibus determinant, ut videre est in *Ord. Polit. Ducatus Magdeburg. cap. 8. §. 36.* nec non in *Anhaltina Tit. XV. §.* Es trägt sich auch x. Sic in Lusacia olim vassallus, deficiente prole mascula, feudum suum per ultimam voluntatem filiabus relinquere potuit: quod tamen deinceps per ordinationem feudalem eatenus limitatum, ut ejusmodi dispositio ultra dotem ad quantitatem legitimæ constituendam

dam, non subsistat. Nec minus in Marchia, Pomerania, Ducatu Megapol. filia ex allodio & feudo simul dotem accipit. Nihil tamen certi circa dotis quantitatem in Ordinat. earum Provinciarum reperitur; adeoque determinatio istius haud raro fit a Principum Commissariis, pro quantitate feudi & numero filiarum, de quo latius videri potest.

Tornov. de Feud. Mecklenb. Sect. 3. §. 1. 2. imprimis §. 10. seqq. Et Dd. allegat.

In Saxonia & aliquibus aliis Provinciis plerunque solet distingui, an dos a Patre, aut fratre filiae, vel sorori iam promissa & constituta, vel debitum eo nomine, ut ut sine consensu Domini & Agnatorum, contractum sit: quo casu debitum id dotale ex feudo solo, non ex allodio, neque demum in subsidium solvendum est,

per Constit. Elect. 43. part. 2. ibique Carpz. Def. 13.

si autem dos adhuc constituenda, tum ea onus feudi tantum subsidiarium esse censetur, nempe quando allodium deficit.

Ordin. Sax. Proc. Jur. Tit. 45. §. Et trägt sich auch oft zu. Carpz. ibid. def. 16. Mart. Coler. de Aliment. lib. 1. cap. 13. n. 122. seqq.

eaque dos sumtus nuptiales, item das Schmuck-Geld & similia comprehendit.

Dn. Horn. de Feud. cap. 21. §. 13.

§. IV.

Hæc vero secus se habent in filiabus naturalibus. Nam licet Doctores quidam putent, hæc alimenta non ad nudam modo filiae indigentiam, sed quoque ad decentiam juxta patris naturalis natales, honores, divitias dimeriendas esse.

Gabriel, Cammun. Opin. tit. 6. Tit. de alim. Concl. 1. n. 31. cum alleg.

Covarru. lib. IV. Decret. part. 2. cap. 8.

Molina de Hispan. Primogen. cap. 15. n. 55.

Alii tamen rectius arbitrantur, filias spurias prætextu alimentorum plus, quam quod ad vitæ sustentationem sufficit, sine ulla dignitatis, nataliumve consideratione, petere & accipere non debere: quia

quia in spurio paternæ familiæ dignitas non derivatur, nec ei de patris familia sunt.

L. 24. ff. de Stat. hom. Gabr. Galeottus de not. & spur. cap. 60.

Nedum quod alimenta spurii saltem commiserationis causa dentur: qualia tantum juxta necessitatem præstari solent.

cap. cum haberet X. de eo, qui Dux. in matrim. quam pol. per ad ult.

Quæ tamen nihilominus limitanda, quando ex Regni, aut provinciæ consuetudine in Bastardis Paternæ dignitatis pars observatur, ut de Hispania testatur.

Myler. in Gamol.

& de Delphinatu.

Guid. Papæ Decis. 580. n. 3. add.

Tiraqu. de Nobilit. cap. 15. n. 25. & alii.

Et hæc de emolumentis filiarum & feudo antiquo.

§. V.

Deinde si feudum novum a patre acquisitum sit, item distinguendum, an bona hæreditaria suppetant, vel non. Priori casu foemina ex feudo nihil percipiunt: & posteriori quoque casu eis non modo Successionem, sed & legitimam denegant

Heigius part. 1. qu. 25. & alii plures, quos enumerat. n. 25. item.

Tbomingius qu. 2. integra & alii.

quia legis subsidium deficiat: & ubi foemina incapax in feudis ratione successionis censetur, ibi & ratione legitimæ excludenda: ratione foemina nil juris in feudo habeat; indeque nec ex feudi æstimatione quicquam ei largiendum sit: quæve de hoc themate porro ratiocinantur.

Add. Fachinans lib. 4. controvers. 47. pr.

Aliud tamen placuit

Harim. Pistor. part. 2. qu. 38. n. 63.

Carpz. p. 3. Constit. 9. def. 28.

qui hoc casu filiabus legitimam concedunt. Et idem quoque in Electoratu Saxonie per Constit. Misnens. 2. ita confirmatum

est, ut si pater ad obtinendum feudum novum, vel omnem paratam suam pecuniam adhibuerit, vel bona allodialia distraxerit, ut feudo potiretur: illiusve pretium exhauriat majorem partem facultatum suarum, & parum, aut modicum in hæreditate relinquum sit, eo casu filias in compensationem distractarum rerum allodialium ex pretio feudi; minus vero ex ipsa feudi substantia, legitimam accipere debere: nempe partem quartam, si duo coheredes super sint, & tertiam seu trientem, si quatuor, aut plures liberi extent: ac præterea filiarum, quicquid a Patre nomine dotis & elocationis, *nebenst den Schmuck/ Kleibern/ und dergleichen/* seu in ornamentis, mundoque muliebri acceperunt, in dictam legitimam conferre tenentur. Extra hunc casum autem spes filiarum in casu legitimæ dictæ frustranea est; sed, accepta portione legitimæ ex allodio, contentæ quiescant. Si vero lites desuper inter filias & successores feudales moveantur, eæ vel in Curia Principis, aut coram Commissariis sopiendæ sunt. Præterea & hoc in plurimis provinciis receptum est, ut Nobilium dotes ultra mille, vel bis millia Thalerorum haud excedant, etiamsi feuda magni valoris sint: cum alioquin dotes ampliores dotalitia opimiora requirant: ex quo feuda sæpe in tantum prægravantur, ut ea, patribus defunctis, filii non raro indispensium dignitatis familiarum distrahere adstringantur, & proverbium confirmetur, *daß reichs Weiber arme Kinder machen.*

§. VI.

Transimus ad filias maritatas, & ad illud jus, quod hæc in feudis mariti habent. Ubi quidem incipimus ab eis beneficiis juris, quæ vel ex prævia conventionione oriuntur, vel nuptias foeminarum sequuntur. Inter quæ præcipuum est Dotalitium, quod differt a Morgen-Gaba, seu munere matutinali, quod feudum non afficit. Datur enim hoc in præmium solutæ Zonæ altero nuptiarum die: ejusque proprietas cum usufructu foeminae illico ex acceptatione ejus acquiritur; nec minus ad hæredes transit &

& plerumque hujus quantitas Dotalitii tabulis inferitur. Unde *Saxo. artic. 20. 21. LR.* cum glossa dicit: Die Frau erbet die Morgengabe auf ihre Erben / und mag damit thun und lassen / was sie will / aber Leib-Gedinge nicht. Et dotalitium hoc alias doarium, dotarium, vitalitium seu provisio viduitatis, appellari solet: vel Germanice vocatur das Wittthum / Leib-Geding / oder Leib-Zucht & uxori constituitur ratione dotis datæ in certo fundo feudali, vel in certis assignatis redditibus. Extenditur plerumque ad duplum dotis ad dies vitæ eo utendi fruendi. Caterum Romanis legibus incognitum est. Variat ejus quantitas pro diversitate Nationum & Regionum: nec in Germania per ordinationem certam, aut moribus Longobardicis definita est. Communiter determinatur ante nuptias, ehe die Decke beschlagen wird / sed uxor eo demum post mortem mariti, vi prævia tabulæ conventionis, fruitur.

§. VII.

Et si Dotalitium pro dignitate & qualitate mariti in certa Arce, Præfectura, aut in alio fundo feudali, aut etiam in determinatis redditibus consistat, uxor post mortem mariti in eo plenissimum usumfructum, & omne lucrum, emolumentum, atque commoditatem nanciscitur, quam pacta non expresse exceperunt: sive isti proventus in fundis immediate nascantur & renascantur; sive tantum occasione dotalitii commoditas quædam perceptibilis sit: Unde si contineat fundos emphyteuticos & censuales, laudemia & honorem recognitionis capit.

Mylerus in Gamolog. Cap. 10. §. 11. cum alleg. Autor.

Nec minus si fundus jurisdictionem omnimodam contineat, vidua & jus patronatus, das Kirchen-Lehn / exercere potest; plerumque tamen id reservatur Domino fundi. Quamvis alias foemina non incapax est exercitii juris patronatus,

cap. 26. X. de jur. patronat.

sed si foemina Dotalitium habens iterum alii Viro nubat, eo casu

maritus, non foemina, jus patronatus exercet, velut, quod ad maritum, tanquam fructus dotis, cum universitate jurium fruendum transfertur. Quin imo si tum utrique conjuges subjecta diversa separatim praesentent, praesentatus a marito praefertur.

Paul. Layman. in Theol. moral. lib. 4. part. 2. cap. 13. n. 18. seqq.

Zæsius ad tit. de jure Patron. X. n. 36.

Et hinc quoque, si foemina in Dotalitio jurisdictionem superiorem habet, etiam fructus jurisdictionis, velut multas, straffen und buffen/ bona vacantia, jus detractus & similia accipit. Regalia tamen exercere prohibetur, velut si Metalla in eo fundo detegantur, denn sie darff in Leib-Gedings-Guth nicht schurffen/ einschlagen/ Gänge entdecken/ oder gar Stollen treiben lassen. Partes tamen ibi metallicas, nehmlich Kupf und Berg-Theile ei habere licet: & hoc quoque ad Marmora fossibilia, Marmor-Brüche/ extendi solet; quia hæc certi & constantes fundi fructus non sunt: Nec minus extensio valet ad indagationem thesaurorum. Thesaurus enim non fructus, aut pars fundi est; sed corpus separatim constituit. Sic jus venandi communiter in pactis dotalitii excipitur, & loco ejus viduæ certus ferarum numerus destinatur, es wird ihr ein gewisser Deputat ausgemachet. Et sic in aliis Regalibus. Cum vero ex fundo dotalitii omnes commoditates sibi assignatas percipiat, ejus nomine & merito ad onera tributorum tenetur.

H. Pistor. observ. 5.

Ut ut ratione illius ususfructus cautionem successoribus feudi regulariter nullam praestet,

Rauchb. Part. 1. qu. 30.

Myler. Gamol. cap. 12. n. 12.

H. Pistor. observ. 35.

nisi in Dotalitio male versetur, ut metuendum, ne substantia feudi reddatur deterior. Sique successor feudi cunctetur dotalitium ex feudo assignatum solvere, & viduam de eo certio rem reddere,

huic

huic illius nomine jus retentionis in feudo datur; etiamsi nec Dominus, neque omnes Agnati in dotalitium consenserint,

Jac. Schultes. ad Modè Pistor. p. 3. qu. 122. n. 30.

Berlich. p. 2. conclu. 50. n. 31.

Moller. ad Constit. 42. part. 2. n. 11. ibique Rosa.

& ita olim anno 1643. Facult. Jur. Vitenb. ad requisitionem J. E. von Gerßdorff respondit: Wenn nun gleich Churfürstl. Durchl. und etliche Mit-belehnten Consens nicht aus bracht/ d. a. u. d. mit Einwilligung der nechsten Agnaten ein Leib-Geding einmahl confirmiret/ so möget ihr davon so weit es den üblichen Gebrauch und legitimum dotalitium constituendi modum nicht excediret/ abzustehen/ und ehe euch deswegen würckliche und genugsame Verführung gemacht/ aus den Lehn zu weichen/ wider ewen Willen nicht angehalten werden. Securius tamen est, si consensus utrinque impetretur. Siquidem in Curia Domini feudi consensum plerumque denegant, nisi prius consensus Agnatorum doceatur.

add. Scheffer. part. 2. qu. 9.

§. VIII.

Quando autem vidua nobilis Dotalitium desiderat, dotem suam realiter illatam esse probet, nec confessio mariti contra Agnatos & simultanee investitos sufficit. Sunt autem quoad probationem illatorum aliquot casus notandi: an nempe viduæ cum filiis, Agnatis, vel ipso Domino negotium geratur. Si cum filiis, & mater parris confessionem & manum producat, illi voluntatem paternam implere tenentur; Imprimis si tempore pactorum adhuc in lumbis patris hæserint.

Carpz. lib. 6. Resp. 57. n. 1.

Si viduæ res cum agnatis sit, confessio & apocha mariti non sufficit, si agnati & simultanee investiti constitutionem Dotalitii non approbaverint, & pactis subscripserint: ubi B. Stryck. caute- lam tradit, ut isti simul exceptioni, dotem non esse in feudum

con-

conversam, renuncient: cum nuda subscriptio sæpe lites cieat, nisi versio in feudum simul probetur.

Stryck de Cautel. Contract. Sect. 3. cap. 8. §. 33.

Et idem dicendum, si viduæ controversia a Creditoribus mariti moveatur: Ubi quidem in Facultat. Jur. Vitemb. discrimen observatum, an apocha paulo ante mortem mariti, aut in auspiciis matrimonii, & ubi is nondum subæratu fuit, scripta sit: ac priori casu reprobata; posteriori admissa, vel etiam viduæ juramentum in supplementum adjudicatum est. Demum ubi feudum Domino aperiatur; itidem consensus ejus dosque illata & ejus constitutio requiritur. Sivero ei nihil promissum, nec dos illata, nil etiam debetur: si vero promissa; sed non illata, per mores invaluit, ut dotalitium nihilominus constituatur, si foemina parata sit dotem promissam cum interesse solvere,

Constit. Elect. Sax. 55.

Carpz. part. 2. Const. 44. Def. 11.

Stryck. de Success. ab intest. Diff. IV. cap. 2. n. 11.

§. IX.

Hæc ergo tria præprimis in Dotalitio constituto observanda sunt: nempe 1. Domini consensus, si bona feudalia sint 2. simultaneæ investitorum & Agnatorum consensus aut subscriptio, & 3. dotis illatio. Cum vero supra th. 6. dixerimus, Dotalitium constitui uxori ratione dotis promissæ ad dies vitæ, ac plerumque ad duplum dotis; hoc quoque apud plurimos controversum est. Nam duplum dotis ab aliquibus ita determinatur, ut si uxor dotem trium millium Thalerorum attulerit, marito incumbat tria millia quoque thalerorum promittere, quæ summa fortem sex millium thalerorum, & simplices usuræ trecentos: at duplicata usuræ sexcentos thaleros quotannis efficerent. Alii vero usuras has quadruplicari volunt, ita ut quovis anno 1200 thaleri dotalitii nomine solvendi sint. Atque utriusque sententiæ Patroni exempla & tabellas dotalitias præferunt, se cumprimis fundan-

tes

tes in *Melch. Klingii Respons.* quod post *Modest. & Simon. Pistor. Consil. Vol. 1. fol. in 100. seqq. habetur.* Sed sententia prior æquior; posterior vero ad factum modo trahenda videtur, si nubentes ita in pactis suis contraxerint; tum quod reditus hujusmodi annui speciem referant censuum vitalitiorum, qui considerata alimentarii ætate, conditione, & alia qualitate moderandi: ibique duplicata usuræ sufficiunt; tum & quod feuda hac ratione in præjudicium Domini & Agnatorum nimium gravarentur: demum possessores per annuas hujusmodi expensas prorsus expellerentur. Exempla autem, quæ afferunt, plerumque ad Principes & personas illustres spectant, a quibus ad alios nobiles argumentari non integrum est.

Add. si placet Autor. de Jur. Conjug. cap. 8. 70. seqq.

§. X.

De emolumento muliebri ex Morgen-Gaba supra diximus: cui hoc addimus; quod, cum id munus a novo marito conjugii in remunerationem Zonæ virginæ solutæ præstetur, an vicissim vidua nubens juveni nobili, ex natura correlativorum, ob præstitum primum thalami rudimentum, ei Morgen-Gabam offerre teneatur. Quod aliqui affirmant: & scribunt in Catalonia dictam Morgen-Gabam novello marito competere eo casu; imo *Job. Pontan. de Part. dot. & 7. Gloss. 1. part. 1. n. 26.* putat: Sponsam, quæ vidua fuit, Morgen-Gabam bona conscientia a marito accipere non posse. Sed transimus ad Morgen-Gabam Saxonicam, quam uxor nobilis post mortem demum mariti non quidem ex feudi substantia; sed ex commodis ex feudo perceptis lucratur: eaque in Jure Provinciali Saxonico & Suevico in Sachsen und Schwaben-Spiegel ita determinata est, ceu, ut verbis utamur germanicis: Alles Feld-Gänge weibliche Viehe/ mit den Rälbern/ Ziegen/ Schweinen/ so vor den Hirten gehen/ desgleichen alle unbesilte Stutten und Mutter-Pferde/ so auf die Weyde gehen/ und
G noch

noch nicht eingespannet / Ic. Zeime und Zimmer zum Gebäude / das noch nicht gerichtet / und gedecket ist / gehöret zur Morgen-Gabe.

Land-Recht *lib. 1. art. 24. Weichbild. art. 22.*

Roschusz. Proc. Jur. act. 17.

Carpz. part. 3. constit. 33. Def. 20.

Quoad pecudes foeminas tamen excipiuntur ea, in quibus maritus mercimonia egit, damit ex Handthierung getrieben / quales ad haeredes pertinent.

Colerus decis. 60. n. 61.

Præterea huc pertinent pulli & vituli sexus utriusque, qui ante trigessimum diem post mortem mariti nascuntur, quia talia emolumenta Morgen-Gabam, seu fructus, sequuntur; indeque ad viduam pertinent. Neque discrimen est, an maritus possideat feudum proprium, vel conductitium: hoc tamen observato, ut posteriori casu deducantur ea, quæ ad fundi conductitii inventuram spectant: & quæ ultra hoc supersunt, ex eis demum vidua commoda Morgen-Gabica percipit.

Carpz. p. 3. Constit. 33. def. 22. 23. § de jure foemin. Decad. 7. posit. 1.

Goldbeck, de Garod, pag. 154. n. 9.

Neque demum Dd. hic differentiam admittunt, sive foemina nobilis, aut civica profapia sit; modo maritus nobilitate generis claret.

Colerus Decis. 60. fin.

§. XI.

Tum vidua nobilis ex commodis feudi mariti percipit cibaria demestica, seu gommestibilia, Mus- & Theil / was von der Hoff- & Speise nach dem 30. wenn der Ehemann verstorben / an allerhand victualien / esculentis & potulentis, in des Manns- Gütern übrig ist; sed quod ex his intra trigessimum consumtum est, commestibilibus viduæ decedit; Et consistant ea I. in allerley Getränk etc an Wein / Bier / Rosent / so bey Lebzeit des Manns in Keller gebracht 2. An Fleischwerck als Mast-Schweinen / die binnen den 30ten

zotet geschlachtet worden. It. an andern gereuchert / gesalzen / oder ungesalzen Fleisch / 3. gereuchert und gesalzene Fische / und was vor frische Fische in Kasten / aber nicht im Leichen enthalten werden / 4. allerhand Getreydig an Korn / Weizen / Hirse / Gemälzter / nicht frischen Gerste / es mag solches alles getroschen oder in in Bansen / rein oder ingemänge zubefinden seyn / hierüber gehöret darzu Flachs / Hanff / Lein / der nach des Mannes Todt amnoch auf den Felde stehen / ferner Linsen / Bonen / Erbsen / Mohn / Niebsaat / betagte Korn / Wächter / und 5. was in Hause zur Hoff-Speffe übrig an Butter / Graupen / Grütze / Salz / Käse &c.

Mart. Colerus de Aliment. lib. 1. cap. 11. n. 61.

Richter. de succes. ab intest. §. 4. membr. 4. n. 59. seqq.

Goldb. de Garad. cap. 4. n. 66.

Matth. Coler. Decis. 60. n. 65. seqq.

Carpz. part. 2. Constit. 14. def. 39.

Monendum tamen, ut vidua nobilis dicta commestibilia intra annum & diem petat; alioquin per mores Saxon. præscribuntur. Et ne ea vidua autoritate propria apprehendat; sed ab heredibus aut successore feudi petat. Secus si faciat, se ad editionem specificationis juratæ obstringit.

Constit. Elect. 33. part. 3. ibique.

Carpz. Def. 1. 2. 3. 4.

§. XII.

Porro vidua nobilis ex utilitatibus feudalibus mariti quoque geradam percipit. Nam licet hæc etiam plebejis debeatur; nobiles tamen hac in parte quid præcipui habent: nempe oves, anseres, & anates foeminas: agnos autem sine discrimine sexus intra trigessimum prognatos percipit: cum fructus & accessoria principale sequantur.

Carpz. part. 2. constit. 14. def. 24.

Dn. Berger in supplement. ad Discept. Forens. pag. 589.

Caterum quoad oves differentia non est, ubicunque in fundo

feudali alantur, ob sie in denen Schöffereyen / oder Forwerckern befindlich / sive etiam oves aliis elocatae sint, modo maritus proprietatem earum habeat.

Richter. de Success. ab intest. Sect. 4. n. 4. pag. 454.

Carpz. part. 2. Constit. 14. def. 22.

ac demum eo refertur Currus cum ejus pertinentiis, quo foemina constante matrimonio vehebatur, ut latius apud dictos Doctores videre est. Neque enarramus res caeteras utensiles, quae nobiles cum plebejis foeminis simili modo gaudent: quales hic tractare non vacat. Hoc modo addimus, quod foemina nobilis a marito heres instituta ac adita illius hereditate, Dotalitium, Morgen-Gabam, geradam & commestibilia petere nequeat.

Const. El. S. 37. p. 3. ibique Carpz. def. 7.

Sruv. in Observ. Feudal. ad cap. 14. Syntagm. J. F. n. 10.

Quodque gerada & similia in Marchia Brandenburg. & Ducatu Luneburg. Calenberg. & Welferbifstanæ linia vi Constitutionum Provincialium abrogata sint.

§. XIII.

Demum ad foeminarum jus singulare prælationis & retentionis transitus. Parum enim juvaret mulieres provisio dotis & aliorum beneficiorum, si quibusvis creditoribus eas facili negotio prævenire liceret. Quare mulieribus tacita hypotheca cum privilegio personali non modo pro dote, sed pro bonis etiam accessoriis dote & dotalitio provisum est: ita ut omnibus non modo chirographariis, sed & tacitam anteriorem habentibus præferatur: id quod & ad feuda extenditur; cum primis si dos illata maritis nobilibus in utilitatem feudi sive directo, sive per indirectum versa sit, Prærogativa tamen hæc se non extendit ad creditores hypothecas anteriores expressas habentes. Nam licet aliqui Doctores secuti veterem Ictum, *Martini*, & sequacem *Mynsingerum Cent. 4. obs. 13.* ob generalitatem *L. asfiduis 12. §. I. c. qui pot. in pigu. l. 29. §. 30. 6. de Jur. dot.* mulieribus etiam contra hy-

hypothecam anteriorum expressam prælationem indulgere malint

Add. Fachin. lib. 3. Controv. 99. Faber. cap. 13. Conject. 11. & alii.

Istorumque sententia quoque recepta sit in Marchia Brandenburgensi; Pomerania, Silesia & aliis regionibus.

Brunnem. ad d.l. asfiduis C. qui pot. in pign.

Mevius part. 3. Decis. 326. n. 1.

Henel. de Jur. Dotal. cap. 7. §. 13.

In Saxonia tamen & pluribus aliis regionibus Bulgari sententia, qua foeminae creditoribus anteriorem hypothecam expressam habentibus postponuntur, ex æquitate obtinuit: cum & dudum Bulgarum secuti sint.

Gail. lib. 2. obs. 25. n. 20. Faber. in Cod. lib. 4. tit. 8. def. un.

Consult. Consult. Sax. lib. 1. qu. 8. n. 34.

Koppen. Decis. 28. n. 32. aliunde.

Siquidem iniquum videretur, ut is, qui, ante supervenientem foeminam, cum sua dote se pleno jure & expressa conventionem, temporis prærogativa firmato, prospexit, huic postponi debeat: quod imprimis jure Saxon. firmatum.

Part. 1. Constit. 28. Ordin. Proc. Tit. 43. Carpz. ad Const. 28. def. 64.

Quale tum privilegium quidam Dd. ad eum quoque casum extendunt, quando tres creditores tempore distincti concurrunt, & unus hypothecam tacitam anteriorem, alter expressam, & deinceps foemina dotem prætendat: quo casu plures expressam anteriorem adhuc præferunt; in foro tamen Elect. Sax. foemina hic sua prærogativa adhuc gaudet: & tacitum quidem hypothecarium vi privilegii dotis; expressum vero ex persona primi creditoris, & per regulam, vinco vincentem, Vinco & te, superat.

Carpz. p. 1. Const. 28. def. 175. & lib. 4. Resp. 7.

D. Berger. ad Process. Sax. Tit. 43. Obs. 1.

§. XIV.

Sed anteriorem hypothecam tacitam dos foeminae vincit; quia jus tacitæ hypothecæ mores, aut leges contrariæ citius in-

fringunt, quam jus propria conventionē expressa quaesitum.

Ant. Faber. ad Cod. lib. 4. Tit. 8. def. un. n. 4.

Quo tempore vero incipiat jus hoc tacitæ hypothecæ, an a tempore promissionis, vel illationis & solutæ dotis, an a die nuptiarum benedictione sacerdotali celebratarum? Dd. varie disceptant. Brevitatis studio opinio ultima placet, sive dos ante, vel post illata fuerit.

vid. Gail. lib. 2. obs. 86. n. 3. Berlich. p. 2. Conc. 30. n. 7. Carpz. de Jur.

Form. Dec. V. post. 4. n. 10.

Quod in Elector. Sax. minus dubii habet per verba expressa *Ord. Proc. Tit. 43. pr. der Ehe-Weiber prælation und stillschweigende Verpfändung* gehet von der Zeit der vollzogenen Ehe/ oder wann der Kirch-Gang/ oder Copulation geschehen/ an/ Mediam sententiam vero seu tempus solutæ dotis constitutiones Mecklenburgicæ probant. Et tali privilegio prælationis uxor non modo fruitur post fata mariti, quando cum ejus heredibus, aut simultanee investitis, aut etiam cum creditoribus illius lis est; sed etiam vivo marito, quando is ad inopiam vergit, & concursus Creditorum instet: quia maritus tum pro civiliter mortuo habetur; indeque uxoris conditio, quoad dotem illatam, merito attendenda est.

Mod. Pistor. part. 2. qu. 62. n. 7.

Non tamen prærogativa in foeminae dotatæ persona terminatur, sed ad liberos & nepotes; aut non ad alios hæredes collaterales, ascendentes, aut extraneos extenditur.

Nov. 91. pr. L. un. c. de. privat. dot. Carpz. P. 1. c. 28. def. 95. § 96. § 98.

Indeque nec cedi potest alii: cum non transmissibilia nec cessibilia sint. In feudis tamen etiam promissa dos filiabus & sororibus operatur jus prælationis, si cum creditoribus fraternis in bonis paternis concurrant: quia dos talis promissa onus feudi est, cum quo fratres feudum nacti sunt. Secus vero, si concurrant cum Creditoribus paternis: quoniam hoc casu æs alienum paternum doti præfertur: nec ante æs alienum excussum sciri potest, quid

quid & quantum pater in suis bonis habeat; adeoque dotis quantitas pro modo facultatum patris constitui solet.

Rauchbar. p. 1. qu. 58. n. 49.

Et cum supra monuerimus, quod fœminis jus præcipuum in feudis ex constituto Dotalitio datum sit, merito hoc loco quoque videndum, quæ eis prærogativa ratione dotalitii præ aliis creditoribus in bonis mariti competat. Et quidem fœminis eo casu quoque hypotheca tacita cum jure prælationis, exceptis anterioribus expressis, tribuitur: quia dotalitium in locum amissæ dotis surrogatur, & inde jure eodem merito gaudet.

§ XV.

Sed hæc ad Dotalitium proprium, quo dos illata absorbetur, restringendum est. Quando enim per pacta dotalia dos servatur, & constitutio illius vim donationis propter nuptias habet: aut hæc præter dotalitium promissa est, ita ut fœmina lucra aucupetur, eo casu prærogativa talis cessat.

Carpz. libr. 6. Resp. 47. n. 8.

Quoad jus tacitæ hypothecæ vero in donatione propter nuptias discrimen inter jus civile & Saxonicum obtinet. Illud donationi propter nuptias tacitam hypothecam tribuit, non habita differentia, an ea in securitatem dotis, an vero lucri causa constituta sit.

L. 12. §. 2. c. qui pot. in pign. L. 8 §. 5. c. de Repud. Nov. 91. cap. 1. Nov. 109. cap. 1.

Lauterbach. Dissert. de Donat. propt. Nupt. th. 55.

At jus Saxon. Elect. d. donationi personale tantum privilegium sine hypotheca indulget, quod & in Jure Lubecensi, Marchico, Magdeburgico, Pomeranico, Lufatico, & aliis receptum.

Carpz. part. 1. const. 28. def. 93. n. 10. seqq. & libr. 6. Resp. 47. n. 8.

Ord. Proc. Tit. 43. §. so viel nun x. Martin. ad Proc. Lax. ad d. tit. 43.

Quod si tamen Donatio propter nuptias evidenter in securitatem dotis constituta apparet, ei hætenus tacitam hypothecam non in-

videndam esse remur. Et ejusmodi hypotheca generalis mulieri in bonis omnibus mariti data intelligitur; nisi illa ad bona certa & determinata restricta sit. Et quidem si vidua ad secundas nuptias transeat, Dotalitium non amittit; sed hoc demum morte finitur, nisi aliud conventum sit;

D. Stryck. in Succes. ab intest. diff. IV. cap. 2. th. 18.
adeoque jus prælationis cum tacita hypotheca & tunc durat; habitationem autem in fundo dotali nubendo amittit, ceu quæ legem tacitam, quousque matrimonium consistit, continet. An vero pensiones & fructus perceptos a marito posteriori ex uxoris Dotalitio ad se ex conjugio priori delato, pleno jure ei, an tantum revocabiliter acquirantur, controversatur. Nam *Carpz. lib. 6. Resp. 55.* quem sequitur *Dn. Horn. in Jur. Pr. Feud. cap. 21. th. III.* marito plenum jus ascribit. Sed fructus & pensiones modo revocabiles mavult *Dn. Ordinar. Berger. in Elect. ad Ord. Proc. Tit. 43. pag. 1458.* quia Dotalitium in locum dotis surrogetur, ejusque juris cum dote esse credatur, ut uxori hujus substantia servetur: nedum quod id indoli linguæ convenire videatur, si naturam eiu oderer jüges brachte Güther expenderemus. Præterea elegans exemplum a partibus & proventibus metallicis adducit, ceu quos maritus etiam quoad fructus modo civiles, ceu usuras, salva forte uxori reservata, acquirat; adeoque omnes perceptiones, quas maritus ususfructus nomine ab uxore acquirit, ab eo, vel ejus heredibus, post fata uxoris, restituendæ forent, nisi marito sub complexu rerum mobilium cederent: ne uxor dotis substantiam perderet, & suis de eo heredibus aliquid relinquere posset.

§. XVI.

Sed vero & in hoc dubitare non abs re licet, an dotis substantia in re transmissibili ad heredes, vel ad extraneos præcise consistat. Nudum enim jus percipiendi fructus vicem dotis supplere potest. Quod si personale est, cum vita uxoris evanescit, & ad illius heredes nil transit: cum dos in statu quo conjuncto ma-

marito communicetur, nec ab hoc fructus tanquam proventus rei; sed tanquam commoda personæ percipiuntur, qua sublata, uxoris heredibus nil debetur. Siquidem hi a conjuge tali mortua nil percipere possunt, nisi quantum tempore mortis ejus vere & civiliter existit: quod de pensionibus annuis Iduplicatis & quadruplicatis, quas uxor ex prioris mariti constituto dotalitio ad conjugem secundum transtulit, dici nequit: cum pensiones tales sint census vitalitii, qui ad vitam & honestam viduæ sustentationem restricti, illaque defuncta, tota dotis substantia cum omnibus qualitatibus & accessionibus perit. Diversum vero est in partibus metallicis. Quæ pro pecunia comparatæ; adeoque sortem aliquam referunt, quam mulier non ad sui sustentationem, neque ad dies vitæ modo percipit; sed jure proprietatis eas possidet, & ad maritum tanquam partem substantiæ suæ transfert. Hinc sicut maritus uxoris pecunias hereditarias, Wann sie Erb-Gelder von Vätern Güthern / die erst binnen 20. Jahren / nach und nach / gefällig würden / zuerheben / tantum quoad usuras percipit, & sortem hæredibus restituere tenetur; ita partes metallicæ simile jus habent. Nec minus fœminis jus prælationis in dimidia parte bonorum nuptialium competit, si ea adhuc extant: quia partem domini in eis habet.

Carpz. p. 1. Constit. 28. def. 88. Decis. Elect. 51.

Si autem hæc bona consumpta fuerint, vidua in concursu Creditorum inter Creditores modo personaliter privilegiatos ante chirographarios locatur,

Dn. Berger. in Supplem. ad Elect. Decis. Forens. pag. 906.

nisi impensæ nuptiales bonis dotalibus adscriptæ, eaque maritus confessus sit, quod a Socero in dotem acceperit, nec apocha ex intervallo, sed tempore nuptiarum exhibita sit, eo casu prælatione gaudet.

Rovinus ad Tit. Proc. Sax. 43. Enunc. 7. & 9.

Sed his non immoramur, quia dicta dona feuda raro afficiunt;

in bonis vero paraphernalibus, quæ fœmina ultra dotem ad maritum defert, privilegium prælationis ante hypothecarios cessat, tacita tamen hypotheca, juxta momentum illationis, fœmina competit: nec degenerant paraphernalia in mutuum, si expressa desuper hypotheca constituatur.

Rivinus d. l. Enunc. 19.

Adque hanc hypothecam tacitam etiam jus Civile probat:

Gail. lib. 2. obs. 92. Brunnem. ad l. 12. c. qui pot. in pign.

§. XVII.

Præterea in hoc quoque fœminis favor est indultus, ut in feudo mariti defuncti, ratione suorum illatorum, & juris competentis, jure retentionis uti possit. Sed cum hoc jus possessionem quandam præsupponat; hinc si maritus in locis diversis fundos habeat, quos fœmina, vivente marito, nec viderit, nec ibi actus administratorios exercuerit, hat *allda keine weibliche Wirthschafft angestellet*; adeoque omnis actus corporeus ad apprehendendam possessionem pertinens cessaverit, in eis fundis fœmina juxta analogiam juris Civilis nullum jus retentionis nancisci potest, cum solo animo possessio apprehendi nequeat. Nec aliud jure Saxonico observatur, non obstante *Sand-Necht lib. 1. art. 31. verb. Mann und Weib haben nicht gezeuget Guth zu ihrent Leibe*; quia hæc verba includunt declaratam possessionis apprehensionem, quam fœmina postea per jus retentionis continuat.

Magn. Berger. in Elect. Disc. Forens. Tit. 45. Obs. 6.

Alioquin vidua in fundo, etiam feudali, quem scivit, & ubi aliqualem administrationem, juxta conditionem sexus, exercuit, jure retentionis gaudet, donec sibi de dote illata ad maritum plene satisfactum sit; nisi ea dotalitium alibi constitutum, aut ex alodio dotem integram habeat: & interea, usque plenam satisfactionem acceperit, connexa juri retentionis alimenta petere potest,

per Constit. Elect. Sax. 25. part. 2. Ordin. Proc. Sax. Tit. 45. §. 12. verb. wie den auch das Weib / so lange das Jus retentionis

und

und ihren Unterhalt in Guth haben soll / biß sie solcher Miß-
Giffte vergnügt.

Quod & cum jure communi, Lubecensi & Magdeburgensi
convenit,

Martini ad. dic. Ord. Proc. Sax. n. 2. 3. 4.

cum nemini extrajudicialiter, sine plena causæ cognitione, posses-
sio sua auferri debeat, dummodo vidua animum declaraverit,
quod fundum jure retentionis possidere cœperit. Neque jus hoc
ad personalia referendum, ut cum fœmina expiret, sed illud &
ad liberos, aliosve heredes transit,

Carpz. part. 2. Constit. 25. def. 16.

& hinc tam ad heredes transmissibile, quam cessibile est; ac non
minus, atque alia actio, vel hypotheca cedi potest.

*L. 42. ff. de administr. Tut. & Curat. ibique Brunnem. Mevius ad
jus Lubecens. lib. 1. Tit. 5. art. 13. n. 23. seqq.*

§. XVIII.

Hæc tamen distinctio notanda inter viduam & extraneos he-
redes, aut cessionarios, quod his, ut supra monitum, nec compe-
tat privilegium prælationis ex causa dotis præ aliis mariti credi-
toribus, neque etiam intra tempus, quo jure retentionis utun-
tur, alimenta juxta conditionem personæ propriæ; sed ea juxta sta-
tur viduæ, quibus illa indiguit, percipiunt. Proindeque in suc-
cessoribus extraneis jus modo retentionis, donec de uxoris illa-
cessoribus fiat, transmissibile est, & quidem in bonis tantum mari-
ti propriis, & ubi jus in re habuit; ad res alienas vero ceu loca-
tas, depositas, commodatas, & similes non extenditur. Deinde
quicumque fuerint, sive fœminæ, sive ab eis causam habeant, jus
retentionis exercere nequeunt; nisi constet, quod Vidua præ-
tensam dotem intulerit, hocque liquido probaverit. Nam si dos,
dotalitium & familia illata illiquida fuerint, fœmina fundo mari-
tali excedere juberetur; dummodo heredes mariti caverint, quod
in casum succumbentiæ judicatum solvere velint.

H 2

Carpz.

Carpz. lib. 4. Resp. 20. n. 19. seqq.

Mevius d. l. art. 13. n. 82. seqq.

Et hinc quoque jus retentionis non datur ob dotem modo confessatam; licet in hoc nil intersit, sive dos debeat ex pacto, testamento, vel statuto loci, ubi maritus domicilium habuit; modo ea certa sit, & tum etiam jus retentionis ad foeminae portionem statutariam dirigitur, quia hæc dotis vicem supplet.

Constit. Elect. 20. part. 3. ibique Carpz.

Colerus de Proc. Execut. part. 1. cap. 2. n. 220. seqq.

Id quod manifestum est ex part. tert. Constit. Elect. 33. ibi: *Die weil die Wittbe mit dem Manne bey seinen Leben in gleicher Gewähre geseßen / auch nach seinen Todte das jus retentionis hat / also / daß sie aus den Lehn-Güthern vor Entrichtung ihrer weiblichen Gerechtigkeit zu weichen nicht schuldig.* Cæterum & non refert, an Foemina egena, aut locuples sit, & sibi alias de alimentis bene prospicere valeat: item an annus luctus duret, aut præterierit.

§. XIX.

Sed nunc superest, ut de modo, quatenus, foemina jus retinendi exercere debeat, paucis videamus, nempe juri retentionis connexa quoque est rerum administratio: & hinc si quis viduam, vel alium, qui jus retentionis habet, in administratione turbat, is ad interesse convenire potest, sicut Facultas Juridica Jenensis Anno. 1699. ad Consult. L. Wegens respondit,

Add. Carpz. part. 2. constit. 25. def. 13. § lib. 4. Resp. 20. n. 12. seqq.

Mev. ad jus Lubec. d. art. 13. n. 48.

Et ita quoque a Scabinis Lipsiensibus ad requisitionem Pauli Castrucci responsum scimus, verb. *Die weil aber nach Sachsen Recht Ehe-Lente ungezweyert Guth besizen / und Julia die Posses. nach des Mannes Todt continuiret / und ihr daher aus dessen Verlassenschaft / wo nicht nach denen Statuten / jedoch nach denen Landüblichen Rechten ein gewisses Antheil gebühret / daher ihr / biß sie dessen vermüget / das jus retentionis in des verstorbenen Mannes*

nes

nes sämmtlichen Güthern zustehet/ welchen die administration ar-
nectiret ist / zumahl Julia sich solcher zu erst angemasset hat/ so
mag der Julia vera possessio an des Mannes hinterlassenen eigen-
thümlichen Güthern / nebenst dem jure retentionis und admini-
stration nicht gelängnet / noch sie darinn von denen Söhnen mit
sug turbiret werden/ At vero in hoc caveat vidua ut œconomice
administret. Nam si licentiose nimis grassetur in bonis defun-
cti, ex quo heredibus, aut Creditoribus damnum metuendum sit,
sequester, vel Curator communis apponi solet, qui fundum mari-
ti relictum administret, ita tamen, ut vidua in fundo & Domo
mariti commoretur, atque sustentatione necessaria ex eo fruatur.
Neque tamen inspectio in modum administrationis ei inhibetur.
Quod vero ultra modum convenientem vita lautiore consumsit,
ea non immerito in dotem imputantur, & ad ejus rationes
pertinent. *Carpz. d. Resp. 21. lib. 4. num. 56. Mevius p. 1. Decif. 172.*
Putamus demum administrationem viduæ in tantum probari posse, ut, ea
manente in mariti defuncti feudo, œconomix cura habeatur, nec quie-
quam negligatur. Si autem Successor feudi, aut creditores contradicant,
& alii administrationem demandandam urgeant, istos omnino audiendos
esse remur: quia rei administratio regulariter ad dominum pertinet, vel
qui jure ejus potitur; nec in Jure hæc viduæ præ aliis Creditoribus mariti
concessa: ac indulto uno, nempe jure retentionis, hoc ad consequen-
tias & alias singularitates extendendum non est.

Salgad. in labyrinth. Credit. part. 1. cap. 2. n. 8. seqq.

Mev. part. 3. Decif. 255. & part. 4. Dec. 88.

Brunnem. ad L. 28. §. 11. ff. sol. matrim. n. 8. seqq.

CAP. IV.

DE

Juribus analogis Feudorum, ubi fœminæ similiter fere,
ut in feudis jure succedendi & lucris singularibus
gaudent, vel minus.

§ I.

Non tangamus hic allodia, seu bona hereditaria, in quibus masculis ab

Imper. Justiniano in Nov. 113. omnis prerogativa adempta est, & illi foeminis, quoad commoda successio-
num prorlus adaequati sunt. Sed ad bona singularia procedamus, quae inter haereditaria non usquequaque referuntur, suasque qualitates & indolem propriam habent; foeminis tamen in eis quoque vel regulariter, vel in certis casibus jus succedendi, & quicquam lucrandi datum est. Primum exemplum ponamus in fidei commissis, ubi in quibusdam modo casibus successio-
nis jus foeminae habent. Sicut in facto contigisse scimus, quod Pater duorum filiorum & duarum filiarum genitor per fideicommissum filias a certo fundo exclusit, eumque duobus filiis tantum restituere iussit, ut in compensationem aliorum bonorum fundi illius soli capaces fiat. Contigit autem, ut alter filius, relicta filia, decesserit, quaestio hinc mota, an filius relictus, aut neptis ex altero filio in fundo partem defuncti capere debeat. Fueruntque filio relicto tum fundum fiduciarium ad iudicatum; quia foeminis femel a successione ejus exclusis Pater praesumtive eum fundum in familia & apud eos, qui testatoris nominis & agnationis sunt, manere voluit: Siquidem masculus familiae & agnationis dignitatem conservat; foemina vero familiae caput & finis est, atque nubendo in aliam familiam transit.

L. 115. §. fin ff. de V. S.

L. 4. ff. de his qui sui l. alien. jur. sunt.

Deinde amor paternus per gradus descendit, & pater hic dum filias tanquam proximiores & magis dilectas exclusit, eo magis neptes, tanquam remotiores, exclusas voluisse dicendum est: & quae hic plura afferri possent. Sed nepti tali casu magis favendum videretur; quia Pater in testamento de illius exclusione nullam mentionem fecit; quare quod a testatore est omissum, nec in dispositione comprehensum, in eo jus commune teneret: aut filia in jura & bona sui patris succedit:

Arg. L. 22. princ ff. Solut. matrim.

L. 6. ff. de Condiect. caus. dor.

L. 10. ff. de lib. & postum.

& si quis per clausulam, si sine liberis masculis, dispositioni annexam & subintellectam, adeoque filias exclusas cupiat, id verbis expressis faciat necesse est. Neque exclusio foeminarum primi gradus illico eas arceat, quae in secundo liberorum gradu succedunt; Multo minus talis exclusio favore agnationis semper facta praesumitur, sed tum demum, si disponens expresse conservationem nominis & familiae intendit, ne dum quod
in

in dispositione nostra mentio compensationis facta. Compensationem autem ad patrimonium spectat, cujus partis quoque filia, aut neptis capax est.

§. II.

Alias vero si ex liquidis argumentis constet, quod testator fidei commissum familiæ intenderit, scœmina exclusæ censetur: siue sit tale, ut unus solus succedat, & quidem Senior der älteste des Stammes und Nahmens/ quale fidei commissum Majoratus dicitur; vel ut primogenitus modo jus successionis habeat, quod primogenium, seu primogenitura vocatur. In quibus tale discrimen observatur, ut in senioratu succedat is, qui in tota familia nativitate reliquos antecedit, & ætate major est; Primogenitus vero, qui inter liberos unius lineæ natus primus est, licet in aliis familiæ lineis ætate majores existant; adeoque hæc de linea in lineam progredi solet, ut si bona primogenituræ lineam unius ingressæ fuerint, secundogeniti, vel alterius linea non admittendi, donec unus ex priori linea supersit. Et tum si bona hæc fidei commissoria ad alteram lineam transeunt, is successor magis proximior, quam senior, vocandus est.

§. III.

In tantum autem filiæ, aliæve scœminæ in bonis familiæ & agnationis pro earum conservatione dicatis, a successione remouentur, ut & in fidei commissis a scœmina, aut a masculino & scœmina simul instituto succedere nequeant: cum in fidei commissis semper agnationis & familiæ ratio præponderet, ex quo scœminæ, quoad masculi supersunt, arcentur. Non enim hic Sexus & concedentis personæ qualitas, sed finis spectandus; sicut & in feudo qualitas Sexus concedentis non facit, ut feudum fiat improprium. 2. Feud. 3.

Knipschild. de Fidei comm. famil. Nov. cap. 8. n. 159. seqq.

Non tamen scœminæ in talibus fidei commissis prorsus exclusæ sunt, sed, masculis omnibus decedentibus in ea familia, etiam admittuntur: quia tunc cessat ratio exclusionis, nempe agnationis conservatio. Enim vero cessante causa dispositionis, privilegii, prohibitionis, favoris, renuntiationis, & similibus, ipsa quoque communiter cessat dispositio.

Grassus §. fidei commissum qu. 12. n. 5.

Gomez. t. 1. Var. Resol. cap. 1. v. 25.

Triraquell. de jur. Primogen. q. 10. n. 8. seqq.

§. IV.

Neque demum eorum sententiæ subscribimus, qui putant scœminam a suc-

fucceffione femel exclufam in perpetuum, & omni cafu pro exclufa habendam eſſe; etiamſi poſtea maſculi deficiant, velut id cumprimis in materia feudorum, prout *Molina de Hiſpan. Primogen. lib. 1. cap. 6. n. 22. Schrader de Feud part. 7. cap. 4. n. 83. Fachin. lib. 7. Controv. cap. 45. & alii alleg.* defendere fatagunt, ſed contrarium, etiam in feudis, Sonsbec, Clarus, Vultejus, Heigius, H. Piſtor. & alii ſuſtinent: quos ſeqvuntur eosque allegant. *Struv. S. J. cap. IX. aphor. 6. ibique. Dn. Lynker. cit. & D. Stryk. de Succell. ab inteſt. Decif. 1. cap. 3. §. 4. D. Horn. J. P. Feudal. cap. 15. §. 9.* Quod eo magis in fidei commiſſis familiæ locum habet; quia bona fidei commiſſo ſubjecta in ſe allodialia ſunt, in quibus fœminis ſucceſſionis jus competit; ſed in feudis proprietas & indoles feudalis fœminas a ſucceſſione rêmoveret. Præterea in fidei commiſſis favor familiæ conſervandæ eſt temporalis modo, quoad familia durat, & maſculi ſuperſunt, quod in feudis ſecus eſt: & hinc in fideicommiſſis merito, maſculis deficientibus, vetus natura bonorum allodialium ſe exerit, & fœminas ad ſucceſſionem admittit. Sic ſi legatum familiæ relictum, aut ſtipendium pro ſtudioſis, qui teſtatoris nominis ſunt, fundatum ſit, fœminæ in neutro participant; ſed ſi maſculi qui teſtatoris nominis & agnationis ſunt, non ſuperſtant, fœminas cognatas, & ſtudioſos ex eis natos admittendos eſſe recte ſtatuitur. *Eſbach. ad Carpz. part. 2. Conſt. 5. def. 8.*

§. V.

Inſuper licet fundi emphyterici cum feudis cognationem & ſimilitudinem habeant, ita ut utrinque inveſtitura, ejus renovatio, & laudemium præſtetur. *Franzk. de laudem. cap. 5. n. 54. & cap. 9. n. 146. ſeqq.* In ſucceſſione tamen eorum fœminæ admittuntur. Siquidem & hodie in multis locis inveſtituram, ejusve renovationem requirunt bona cenſitica (quod an ex voluntate Superiorum, vel ex avaricia Dominorum jurisdictionis originem traxerit, ſuo loco relinquimus;) propterea tamen fœminæ a ſucceſſione talium fundorum haud excluduntur. *Struv. de Feud. cap. 2. aphor. 10. n. 3. Carpz. part. 2. Conſt. 39. def. 4. ibique Eſbach cum allegg.* Plura, ſi propoſitum & cancelli ſpeciminis Academici permitterent, adderemus; ſed mage nunc calamum ſcripſurientem retrahimus, & his ſit poſitus Diſſertationis hujus

F I N I S.





Wittenberg, Diss., 1711 A-Z
X 228 3123


VD 18

ULB Halle
005 309 336

3







Farbkarte #13

B.I.G.

238.

1711

23

M

14

DISSERTATIO JURIDICA,
QVAM
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO AUGUSTO,
PRINCIPE REGIO ET ELECTOR. SAX. HÆREDE,
ETC. ETC. ETC.
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
DE
JURIBUS
FOEMINARUM
PRÆCIPUIS IN
FEUDIS,

EX DECRETO MAGNIFICI ORDINIS JURIDICI,
PRÆSIDE

JOHANNE CAROLO NÆVIO,
J. U. D. P. E. ET FACULTAT. JURIDICÆ,
QUÆ HIC EST, ASSESSORE,
AD D. MAY, A. M D C C X I.

PUBLICO EXAMINI SISTET

JOHANN GOTTLOB HEYL,
ZITTAV. LUSAT.

WITTEMBERGÆ, PRELO GERDESIANO.